ὀκτάποδες, δικέραιοι, ἀτειρέες, οἱ δὲ καλεῦνται
καρκίνοι, οἵ ῥα μυῶν οὐρὰς στομάτεσσιν ἔκοπτον
[ἠδὲ πόδας καὶ χεῖρας· ἀνεγνάμπτοντο δὲ λόγχαι.]
τοὺς καὶ ὑπέδδεισαν δειλοὶ μύες, οὐδ' ὑπέμειναν,
ἐς δὲ φυγὴν ἐτράποντο. ἐδύσετο δ' ἥλιος ἤδη,
καὶ πολέμου μελέτη μονοήμερος ἐξετελέσθη. |

HOMERI LOCI SIMILES

298 *οἳ Τιτῆνες καλέονται* Ξ 279
299 sq. *χεῖρας τ' ἠδὲ πόδας κόπτον* χ 477
300 *ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμή* Γ 348 al.
301 *τὸν καὶ ὑπέδδεισαν μάκαρες θεοὶ οὐδέ τ' ἔδησαν* Α 406 *οὐδ' ὑπέμεινεν** Π 814

VARIETAS LECTIONIS

294 *νωτάκρονες* V *ἀγγυλοχεῖλαι* L post 295 addit L: 296 *ὀστοφυεῖς, πλατύνωτοι, ἀποστίλβοντες ἐν ὤμοις* 297 *βλαισσοί* L, *βλεσσοὶ* V *χειλοτένοντες* L, *χειροτένοντες* V *στερνῶνος ὁρῶντες* L 298 *δικέραιοι* Baumeister: *δικάρηνοι* L V *ἀτειρέες* Nauck: *ἀχείρεες* L, *ἀχειρέες* V 299 *καρκῖνοι* L *μυάων* V 300 incl. Wachsmuth 301 *οὓς* L *δειλοὶ*] *πάντες* V *μῦες* L *'οὐδ' ἔτ' ἔμειναν* V 302 *τράποντο* V *ἐδύσετο*: *ἐδύετο* L, *δύσατο* V 303 *μελέτη* Stadtmueller: *τελετὴ* L V *πολέμοιο τέλος μονοημέρου* Bergk

II

HIPPONAX EPHESIVS

Hipponactis fragmentum parodicum[1]), quod quattuor continetur hexametris Homeri imitatione conspicuis, earum quae generis illius poeseos aetatem tulerint reliquiarum chorum quasi ducere communis est virorum doctorum sententia praecedente Polemone Periegeta, qui in libro duodecimo eorum quos in Timaei historias conscripsit, uberius de vetere parodia Graeca disserens Hipponactem parodiae inventorem praedicavit: id ut demonstraret, versus illos Hipponacteos apposuit.[2]) Qui cum per se pro documento admodum memorabili sint habendi unde discamus, quibus ex initiis ars parodica orta atque aucta sit, etiam magis respiciendi videntur propterea quod qui illos condidisse a Polemone traditur, Hipponax iambographus, ab eo viro plane omittitur, cuius summa his in rebus est auctoritas, Aristotele. Hic enim Poet. V 2 Hegemonem Thasium primum parodias composuisse satis diserto testimonio confirmat.[3]) Quod testium fide dignissimorum discidium minime potest ita expediri, ut cum Hipponactem circa ol. 60 fuisse, Hegemonem belli Peloponnesiaci tempore floruisse satis constet, inventae parodiae palmam ad Hipponactem deferamus aetate sane multo anteriorem. Nam

1) Cf. Welandium p. 11 sqq., Prellerum Polem. fr. p. 76 sqq., Peltzerum p. 20 sqq., Paessensii progr. Kempis 1859 editum, Bergkium PLG ^{4} II p. 489 sq.

2) Vide infra testimonium.

3) Cf. infra ad Hegemonem p. 37 adn. 2.

ut omittam quae de consuetudine illa veterum uniuscuiusque artis auctorem inventoremve indagandi hac aetate sentiunt viri docti, nullo modo potest concedi Aristotelem inscium atque invitum Hipponactis in condenda parodia meritum praetermisisse. Cuius testimonium ne eo quidem licet redigere, quod Hegemo primus parodiarum recitationes in certamina musica introduxit.[1]) Immo hoc utique debet ex Aristotelis silentio colligi, consulto omisisse illum Hipponactis memoriam, quippe cuius carmen vere esse parodicum non concederet; contra Polemo admodum sapere sibi visus est parodiae inventionem tam antiquae aetati vindicans. Atque Aristotelis illud silentium Wachsmuthius verissime ita explicat, ut imitationem illam homericae dictionis ab Hipponacte non adhibitam esse confirmet nisi per illos ipsos quattuor prooemii versus a Polemone adlatos, cum reliquam narrationem stilo suo constanti componeret.[2]) Quae ratio parodica si per totum carmen obtinuisset, non his verbis Polemonem illos introducturum fuisse: λέγει γὰρ οὕτως ἐν τοῖς ἑξαμέτροις, sed his fere: κέχρηται γὰρ ἐν τοῖς ἑξαμέτροις ὧν ἡ ἀρχή. Itaque carmen quod non liceret appellari parodiae nomine, iure potuisse ab Aristotele neglegi.

Singularis etiam est huius parodiae in initio narrationis positae natura atque indoles. Nam si comparamus, ut hoc exemplo utar, cum Hipponacte Matronem[3]), parodiae excultae florentissimum auctorem, Matro superiorem

---

1) Sic Welandius p. 26, Prellerus p. 79, Peltzerus p. 22 sq.; Floegelius 'Gesch. der com. Literatur' I p. 363 Aristotelis verba ita interpretatus est tamquam Hegemo primus scaenicas parodias composuisset.

2) Cf. Schrader Mus. Rhen. XX p. 186, qui raros tantum locos parodicos fuisse dicit.

3) Hegemo minus apte comparatur propter peculiarem naturam eius fragmenti quod exstat; cf. infra p. 39.

quodammodo se gerit Homero; detrahit illi per iocum lusumque non nihil auctoritatis, cum verba dictionesque epico pondere gravia ad leves humilesque sententias deprimens in ridiculum vertat. Hipponax nullo nisi Homero inferior esse vult; quam longissime abest vel a lenissima summi poetae irrisione, illa praesertim aetate qua tale quid ne in animum quidem inducere quisquam potuit nisi is, qui a rationibus philosophiae profectus Homerum serio impietatis arguit, velut Xenophanes Colophonius[1]); nihil Hipponax illius dignitati obtrectat, immo epica dictione ut ita dicam bona fide utitur, ut ea fretus reverentia, qua Homerica ab hominibus excipi solebant, popularium animos auresque conciliaret audiendae acerrimae illi accusationi, qua adversarium in populi iudicium arcessit[2]): quae accusatio eo fit acerbior quod epicorum verborum nobilitas ac magnificentia sordibus pessimi illius hominis non convenit, qua ipsa dissimilitudine efficitur ut improbitas atque nequitia rei videatur esse etiam multo detestabilior.

Haec si recte disputata sunt, habes duo genera parodiae ipsa natura ipsoque consilio inter se contraria: alterum honoris Homero debiti prorsus memor illius versus adhibet ut suis robur ac nervos addat, alterum dum risus hominum moveat ne divino quidem poetae parcit versus eius detorquens atque corrumpens; in utroque imitatio est Homeri, sed in priore illo profecta a sincera eius admiratione, in altero ad irrisionem eius tendens. Hoc alterum genus solum nomine parodiae dignum esse videtur; Polemo specie

1) De quo nunc vide Wachsm. fasc. II p 55 sqq. et 188 sqq.

2) Nam ὅπως v. 3 accipiendum est notione finali; cf. α 76, γ 19, imprimis ξ 118 *οἰκάδ᾽ ἰόντα λοχῶσιν, ὅπως ἀπὸ φῦλον ὄληται*, neque opus est cum Tenbrinkio et Cobeto scribere *ὀλεῖται*. Quominus autem vertamus ‘quomodo interierit’, ut de re iam perfecta agatur, impedit et coniunctivus *ὄληται* et tempus praesens ὃς *ἐσθίει οὐ κατὰ κόσμον*; cf. Paessensium progr. s. c. p. 8 et 18.

quadam similitudinis ductus non dubitavit Hipponactem parodiae inventorem appellare, qui in prooemio illo homerica dictione insigni satis intellegitur tam procul abesse a posteriorum parodorum hilaritate, quam proxime ad ipsius mordacissimos accedit choliambos.

Fuerunt etiam qui sub Eurymedontiadae nomine Bupalum pictorem latere conicerent eundem quem ut hominem improbissimum acerbissimis choliambis poeta insectatur.[1]) At ille filius Archenni est, hic Eurymedontiades audit nec potest ratio probabilis excogitari, cur poeta illum non vero patris nomine significaverit.[2])

Titulus carminis cuius exstat prooemium neque traditus est neque omnino fuisse videtur; Polemonis verba *ἐν τοῖς ἑξαμέτροις*[3]) nihil testantur nisi hoc, grammaticos illo titulo ea quae heroico metro Hipponax composuerat ab iambica eius poesi distinxisse; quantum in illis parodica ratio ea quam supra adumbravimus obtinuerit dici nequit: nomen certe parodiae ab Hipponactis aetate aliena fuit.

---

1) Tenbrinkius Philol. VI p. 57 sq., Peltzerus p. 26.

2) Peltzerus etiam apertum esse ait, cur Bupalos Eurymedontiades appellatus sit; Eurymedontem enim esse Gigantum patrem, quare aptissime hominem voracissimum cum prole eius comparari. At unus omnino est locus *η* 58, ubi prodit Eurymedon rex Gigantum; dein quid quaeso rei est Gigantibus cum helluonibus?

3) *ἐν τόνοις ἑξαμέτροις* coniecit Meinekius cui Bergkius respondit offendere pluralem numerum, quo Suidas solus utatur.

Hipponactis fragmentum

Μοῦσά μοι Εὐρυμεδοντιάδεα, τὴν πολτοχάρυβδιν,
τὴν ἐγγαστριμάχαιραν, ὃς ἐσθίει οὐ κατὰ κόσμον, χίμαιραν
ἔννεφ', ὅπως ψηφῖσιν ⟨ἀγεὶς⟩ κακὸν οἶτον ὄληται
βουλῇ δημοσίῃ παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

HOMERI LOCI SIMILES

1 *ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα* α 1
2 *ἐπεὶ σύ περ οὐ κατὰ κόσμον | αἰτίζεις* υ 181 sq.
3 *σὺ δέ κεν κακὸν οἶτον ὄληαι** Γ 417
*κακὸς κακὸν ἡγηλάζει** ρ 217
4 *παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο** Α 316

TESTIMONIVM

Ath. XV 698 b: *Πολέμων δ' ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον περὶ τῶν τὰς παρῳδίας γεγραφότων ἱστορῶν τάδε γράφει ... 'εὑρετὴν μὲν οὖν τοῦ γένους Ἱππώνακτα φατέον τὸν ἰαμβοποιόν. λέγει γὰρ οὕτως ἐν τοῖς ἑξαμέτροις· «Μοῦσα — ἀτρυγέτοιο»'.*

VARIETAS LECTIONIS

In testimonio *'Ἱππώνακτε φατέον* Α *ἐν τόνοις ἑξαμέτροις* Meineke *οὗτος* Α, *οὕτως* Schrader 1 *πολτοχάρυβδιν* Wachsmuth: *ποντοχάρυβδιν* Α, *παντοχάρυβδιν* Bergk in Poet. Lyr. Graec. editione prima et Meineke 2 *ἐνγαστριμαχαιρανος* Α 3 *ψηφῖσιν ⟨ἀγεὶς⟩* Stadtmueller: *ψηφῖδι* Α, *κακὸς* suppl. Cobet pro vulgato *κακῇ* *ὀλεῖται* Cobet probante Tenbrinkio et Meinekio.

COMMENTARIVS

V. 1. 'Corrige *πολτοχάρυβδιν*; nequaquam enim *ποντοφάρυγξ* potest comparari; ipsa vero *Χάρυβδις* a qua imago ducitur, maritima est. Pessime igitur dicitur *ποντοχάρυβδις*. Immo fuit addendum aliquid quo vel ubi habitet altera illa Charybdis significetur (ut *γαστροχάρυβδις* quidam

3*

audit apud Cratinum I 121 Kock) vel quid devoret. Alterum praetuli; cf. Ps.-Plautinum parasitum cui nomen fuit *Πολτοφαγωνίδης* (cf. Ritschl op. III p. 328)'. Wachsmuthius. **V. 2.** Hesychius: *ἐγγαστριμάχαιραν· τὴν ἐν τῇ γαστρὶ κατατέμνουσαν.* Cf. *ἐγγαστρίμυθος, ἐγγαστρίμαντις.* **V. 3.** *ὅπως* — *ὄληται* finali sensu accipiendum esse supra p. 33 adnotavi. 'Verba *παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο* docent *ψηφῖδα* nomen non de suffragiis esse usurpatum (sic enim vulgo interpretabantur ut *ψηφίς* dicatur pro *ψῆφος*, cuius usus nullum exstat exemplum), sed de silicibus: sunt enim *ψηφῖδες* proprie lapilli qui in litoribus inveniuntur: *αἱ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφῖδες* (*ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς* = *παρὰ θῖν' ἁλός*) Luc. pisc. 35, Tim. 5, Parasit. 52; fortasse scribendum *ὅπως ψηφῖσιν ἀγεὶς κακὸν οἶτον ὄληται βουλῇ* (an *ψηφῖσι ῥαγεὶς* vel *δαρείς*, lapidibus laceratus, contusus?)'. Stadtmuellerus. Bergkio in editione quarta videtur *Ψηφῖδι* scribendum 'ut loci sit appellatio' eius fortasse 'ubi tunc populus Ephesius suffragia ferebat'. Omnium adhuc plausum tulerat Cobetus supplendo *κακός*. **V. 4.** Verba incorrupta *βουλῇ δημοσίῃ* infeliciter temptarunt Cobetus, Hartungius, Bergkius olim.

III

HEGEMO THASIVS

Hegemonis Thasii[1]), cui parodiae inventae palmam tribuit Aristoteles[2]), fragmentum versuum viginti et unius una cum Hipponactis et Euboei reliquiis servavit Athenaeus XV 698 d sqq.[3]) desumptum Polemonis Periegetae ex libro duodecimo illorum, quos adversus Timaei historias conscripserat.[4]) Cuius fragmenti argumentum cum ad ipsius Hegemonis vitam artemque spectet, quam brevissime quae certo sciri de illo possunt comprehendam. Hegemon Thasi[5]) natus patria propter rei familiaris

---

1) Cf. Welandium p. 25 sqq., Ecksteinium l. l. p. 270, Prellerum p. 79 sqq., Peltzerum p. 28 sqq., Paessensii progr.

2) Poet. 2 (p. 1448 a 12). De imitatione disserit Aristoteles: sicut inter pictores Polygnotus meliores, Pauso deteriores, Dionysius similes finxit homines, ita inter poetas Ὅμηρος μὲν βελτίους, Κλεοφῶν δὲ ὁμοίους, Ἡγήμων δὲ ὁ Θάσιος ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας πρῶτος καὶ Νικοχάρης ὁ τὴν Δηλιάδα χείρους.

3) Hegemonis versuum tres et dimidiatum (v. 18—21) habet Athenaeus etiam libro IX 406 e f ex Chamaeleontis Pontici libro sexto περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας (fr. 18 Koepke).

4) Prellerus p. 78 sq. probabiliter coniecit Timaeum de Boeoto ab Agathocle e patria expulso itemque de Euboeo ita scripsisse, tamquam hi primi parodiam condidissent; quare Polemonem maxime hoc urgere, fuisse etiam antea qui parodiam scripsissent, imprimis Hegemonem Thasium.

5) Cf. praeter ipsius fragmentum Ath. I 5 b, IX 406 d e, Paroemiogr. Graec. ed. Leutsch et Schneidew. I p. 406.

angustias[1]) relicta haud mediocre tempus ut canendo quaestum faceret peregre ac potissimum Athenis commoratus est. Primus fuit qui a rhapsodia ad parodiam delatus[2]), quod maxime memorabile gravissimumque est documentum ad originem totius generis parodici statuendam, in certaminibus thymelicis[3]) parodicam artem professus est, qua in re Atheniensibus adeo placuit, ut cum aliis parodiis tum maxime Gigantomachia[4]) circa expeditionis Siciliensis tempestatem[5]) acta primas auferret.

---

1) Cf. fragmenti v. 6—10 et quae infra de cognomine *Φακῇ* dicentur.

2) Rhapsodum enim fuisse certo concluditur ex fragmenti v. 9 sq.; a rhapsodia vero quam proclivis sit ad parodiam via, vix est quod moneatur.

3) De thymela et actoribus thymelicis cf. Wieselerum 'über die Thymele des griech. Theaters' et Iulium Hoepken, de theatro Attico saeculi a. Chr. quinti, p. 5 sqq. Thymelicos a scaenicis actoribus discernit Stratonicus citharista ap. Ath. VIII 350 b: *γυμνικοὺς δὲ ἀγῶνας διατιτέθωσαν Ἠλεῖοι, Κορίνθιοι δὲ θυμελικούς, Ἀθηναῖοι δὲ σκηνικούς*; Vitruvius V 7, 2: 'tragici et comici actores in scaena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestram praestant actiones; itaque ex eo scaenici et thymelici graece separatim nominantur' (quae verba interpolatori tribuit Hoepkenius p. 19 sq.); Simmias Anth. Pal. VII 21 *ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι*; cfr. Isidorus orig. XVIII 47: 'thymelici autem erant musici scaenici, qui in organis et lyris et citharis praecinebant, et dicti thymelici quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum, quod thymele vocabatur'.

4) Polemo ap. Ath. XV 699 a: *τούτων δὲ πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς θυμελικοὺς Ἡγήμων καὶ παρ' Ἀθηναίοις* (cfr. fr. v. 16) *ἐνίκησεν ἄλλαις τε παρῳδίαις καὶ τῇ Γιγαντομαχίᾳ.* Chamael. ap. Ath. IX 407 a (fr. 18 Koepke): *εὐδοκίμει δ' ὁ ἀνὴρ μάλιστα ἐν ταῖς παρῳδίαις καὶ περιβόητος ἦν λέγων τὰ ἔπη πανούργως καὶ ὑποκριτικῶς καὶ διὰ ταῦτα σφόδρα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις εὐδοκίμει.* Vide ibidem eiusdem de Hegemone et Alcibiade narratiunculam.

5) Hoc enim credi potest Chamaeleonti ap. Ath. l. l., cuius

Quas inter parodias illa quoque cenae descriptio fuisse videtur, quam commemorat Athenaeus I 5a; quam parodiam fuisse homericam ex simili fortasse Matronis artificio poterit colligi. Sed iambicis quoque numeris parodias easque ex tempore eum fudisse constat paroemiographi alicuius[1]) testimonio, qui dicit illum quotienscumque in recitandis parodiis haereret, explendo versui ilico subiecisse verba 'καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος'. Idem propter fabulam cui *Φίλιννα* titulus erat[2]) a quibusdam veteris comoediae poetis adscriptus est. Floruit igitur aetate belli Peloponnesiaci[3]) et prosperiora etiam viderat imperii Attici tempora illa, quibus socii Athenis causas agere solebant.[4]) Cognomen *Φακῆ*, quod sibi ipse in fragmento Minervam tribuentem facit, inde eum traxisse, quod propter egestatem lentibus potissimum vesceretur

---

narrationem accuratissime castigavit Hermannus Schrader 'die parodischen Vortraege des Hegemon aus Thasos in Athen' Mus. Rhen. XX 186 sqq. Idem Hegemonem docet non in theatri sed in Odei scaenam debuisse prodire; Gigantomachia enim in theatro acta esse a Chamaeleonte dicitur.

1) Paroemiogr. Gr. ed. Leutsch et Schneidewin I p. 406: *Πέρδιξ ἦν τις Ἀθήνησι χωλὸς κάπηλος, οὗ διαβεβοημένου Ἡγήμων ὁ Θάσιος ὁπότε παρῳδῶν ἀπορήσειε προσετίθει 'καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος'.* Cf. Schneidew. 'Goett. Gel. Anz.' 1837 p. 846; Schrader l. l. p. 191 adn. 11. Vide etiam Suidam s. v. *Πάμφιλος: οὗτος ἀεὶ ἔμμετρα ἔλεγεν ἐν τοῖς πότοις· 'ἔγχει πιεῖν μοι καὶ τὸ πέρδικος σκέλος' κτέ.*

2) Polemo ap. Ath. XV 699a: *γέγραφε δὲ καὶ κωμῳδίαν εἰς τὸν ἀρχαῖον τρόπον, ἣν ἐπιγράφουσι Φιλίνην.* Idem I 5b: *Ἡγήμων . . ὃν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ τινὲς ἐπιτάττουσιν.* Fragmentum unum servavit Ath. III 108c; I 700 Kock.

3) Consentit Polemo qui Cratini (mortui ol. 89, 2, Meinek. Hist. Crit. p. 44 sq.) Hegemonem aequalem appellat ap. Ath. XV 698c: *Κρατῖνος ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς . . . καὶ τῶν κατ' αὐτὸν Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὃν ἐκάλουν Φακῆν.*

4) Chamaeleo ap. Ath. IX 407b.

vilissimo inter Graecos cibo, pro certo affirmari potest.[1]) Qua vero petulantia spectatorum multitudinem lacessere adversariorumque eludere ausus sit invidiam ex alia Chamaeleontis narratiuncula cognoscere licet fide haud indigna, quae ad illud ipsum *Φακῆς* cognomen alludit.[2])

---

1) Eustath. p. 1239, 30 minus recte *διὰ τὸ χαίρειν μάλιστα τῷ τοιῷδε ὀσπρίῳ*, ad quod cf. eundem 1572, 52. Vide Welandii, Peltzeri, Paessensii, Leutschii (Philol. X p. 704 sqq.) commenta; nuperrime de hac re disputavit Wachsmuthius Sill. Gr. p. 123 (ad fr. XXI). *Φακῆς ἐγκώμιον* scripsisse Hegemonem vix ex cognomine illo conieceris cum Bergkio Poet. Lyr. Gr.[4] II p. 367 sq. (ad Cratetis fr. 10). (Eiusdem de Zenonis aliquo carmine eiusmodi opinionem refutavit Wachsmuthius l. l.)

2) Chamael. ap. Ath. IX 406 f: *εἰσῆλθε δέ ποτε καὶ εἰς τὸ θέατρον διδάσκων κωμῳδίαν λίθων ἔχων πλῆρες τὸ ἱμάτιον, οὓς βάλλων εἰς τὴν ὀρχήστραν διαπορεῖν ἐποίησε τοὺς θεατάς. καὶ ὀλίγον διαλιπὼν εἶπε·*

λίθοι μὲν οἵδε· βαλλέτω δ' εἴ τις θέλει·
φακῆ δὲ κἂν χειμῶνι κἂν θέρει φακῆ.

Venetus habet *φακῆ δὲ καὶ ἐν θέρει καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν.* Dedi quod coniecit Leutschius (Philol. X p. 704) ex Macarii Prov. VIII 71: *φακῆ δὲ κἂν θέρει κἂν χειμῶνι φακῆ· ἐπὶ τῶν ἀεὶ τῶν αὐτῶν ὄντων.* Dobreus scripsit *ἀγαθὸν δὲ κἂν χειμῶνι κἂν θέρει φακῆ*, quod recepit Kaibelius, Meinekius *φακῆ δὲ κἂν χειμῶνι κἂν θέρει καλόν.* Uberrime de his versibus praeter ceteros disputavit Leutschius l. l. Mihi Hegemo fabulam agens displicuisse videtur et Atheniensium more lapidibus esse petitus; quare ut ioco quodam exhilararet spectatorum animos obtrectatorumque invidiam petulanter inrideret, lapidibus in orchestram effusis hoc fere videtur illis versibus voluisse indicare: 'vel ultro vobis lapides praebeo quos in me coniciatis utpote qui *Φακῆ* sim' (in lentibus enim non diligenter purgatis calculi inesse solent; cf. acerbissimum iocum Corydi parasiti in malum citharoedum (Ath. VI 245 d): *Πυλύκτορος δὲ τοῦ κιθαρῳδοῦ φακῆν ῥοφοῦντος καὶ λίθον μασησαμένου 'ὦ ταλαίπωρε, ἔφη, καὶ ἡ φακῆ σε βάλλει'*); 'et hieme et aestate mihi consto' (cf. supra Macarii proverbium) h. e. 'sive studiis vestris elatus sive iniuriis vexatus aeque persisto'.

Hegemonis fragmento multis sane difficultatibus implicato in ipsius parodi mediam vitam artemque deducimur Exponit enim quibus cum contumeliis criminationibusque, cum diutius canendo peregre quaestum fecisset, Thasum redux a civibus exceptus fuerit; quibus rebus adeo se fuisse afflictum, ut iam domi commorari secum constitueret; monente tamen Minerva iterum se certamina adiisse. Verissime autem de hac narratione iudicavit Welandius p. 26; dicit enim in prooemio operis parodici videri illam positam fuisse[1]), qua iis, qui fortasse famem Hegemoneae artis exstitisse magistram dictitassent, non invita se Minerva carmina componere indicaret. Quod ideo tenendum est, ne quis animum inducat hoc ex fragmento satis serium argumentum tractante veram parodiae Hegemoneae rationem atque naturam adumbrare, quae per hos versus non potuit nisi raro apparere; quantopere enim iocis facetiisque illa scatuerit ex iis debet colligi quae de Gigantomachiae successu traduntur.

---

1) Obloquitur Welandio Prellerus l. l. p. 79 sq., quod Chamaeleo ap. Ath. IX 406 e hos versus positos fuisse dicat *ἔν τινι τῶν παρῳδιῶν.* Quae verba non premenda esse satis apparet praesertim in Chamaeleonte.

Hegemonis fragmentum

Ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα μετεωρίζοντες ἔβαλλον
πολλοῖσι σπελέθοισι, καὶ ὧδέ τις εἶπε παραστάς·
'ὦ πάντων ἀνδρῶν βδελυρώτατε, τίς σ' ἀνέπεισεν
καλὴν ἐς κρηπῖδα ποσὶν τοιοῖσδ' ἀναβῆναι;'
τοῖσι δ' ἐγὼ πᾶσιν πυκινὸν μετὰ τοῦτ' ἔπος εἶπον·

HOMERI LOCI SIMILES

1 *Παρνησόνδ' ἐλθόντα** τ 394
*εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον** Α 314
ὁ δ' ἄρ' ὑψόθεν ἔμβαλ' ἀείρας Μ 383
2 *πολλοῖσι βέλεσσιν* Ν 555
ὧδε δέ τις εἴπεσκεν Β 271
*καὶ Ἕκτορι εἶπε παραστάς** Ζ 75
3 *πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν* Α 146
5 *τοῖσι δ' ἄρ' Αἴας*
ἀντίθεος Τελαμωνιάδης μετὰ μῦθον ἔειπεν Ι 622 sq.
ὄφρά τί οἱ εἴπω πυκινὸν ἔπος Ω 75

TESTIMONIA

Polemo ap. Ath. XV 698c: *κέχρηται δὲ* (scil. *τῇ παρῳδίᾳ*) *καὶ ὁ Ἐπίχαρμος . . . καὶ Κρατῖνος . . . καὶ τῶν κατ' αὐτὸν Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὃν ἐκάλουν Φακῆν. λέγει γὰρ οὕτως «ἐς δὲ Θάσον — μᾶλλον».*

Ath. IX 406e: *Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἐν ἕκτῳ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας 'Ἡγήμων, φησίν, ὁ Θάσιος τὰς παρῳδίας γράψας Φακῆ ἐπεκαλεῖτο,* ⟨*ὃς* addidit Kaibelius⟩ *καὶ ἐποίησεν ἔν τινι τῶν παρῳδιῶν «ταῦτα — θάρσησα»'* (v. 18—21).

V. 20 affert Eustath. p. 1239, 27.

VARIETAS LECTIONIS

2 *σπέλθοισι* A 3 sq. *τισσαν ἐπισε* | *καλὴν* A, *ἐς* ante *καλὴν* addidit editio princeps; transposui *ποσὶν τοῖσδ'* A, correxit Casaubonus 5 *πυκινὸν* Stadtmueller (idem *πικρὸν*): *μικρὸν* A, *πᾶσι σμικρὸν* Dindorf

ʽλῆμμ᾽ ἀνέπεισε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντ᾽ ἀναβῆναι
καὶ σπάνις, ἣ πολλοὺς Θασίων εἰς ὁλκάδα βάλλει
εὐκούρων βδελυρῶν, ὀλλύντων τ᾽ ὀλλυμένων τε
ἀνδρῶν, οἳ νῦν κεῖθι κακῶς κακὰ ῥαψῳδοῦσιν·
οἷς καὶ ἐγὼ σίτοιο μέγα χρήζων ἐπίθησα.
αὖθις δ᾽ οὐκ ἐπὶ κέρδος ἀπείσομαι, εἰς Θασίους ⟨δὲ⟩
μηδὲν πημαίνων κλυτὸν ἄργυρον ἐγγυαλίξω,
μή τίς μοι κατὰ οἶκον Ἀχαϊάδων νεμεσήσῃ,

HOMERI LOCI SIMILES

6 Ζεὺς ἐμέ γ᾽ ἠνώγει δεῦρ᾽ ἐλθέμεν οὐκ ἐθέλοντα ε 99
πέμψειν εἰς Ἀίδαο καὶ οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι Φ 48
7 εἰς ἅλα βάλλει* Λ 495
8 sq. ἔνθα δ᾽ ἅμ᾽ οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν
ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων Δ 450 sq.
ὀλλύντας τ᾽ ὀλλυμένους τε* Λ 83
9 κακὸς κακὸν ἡγηλάζει* ρ 217
10 τῶν σὺ μάλιστα | χρηίζεις· σῖτον δὲ καὶ αἰτίζων κατὰ δῆμον | γαστέρα βοσκήσεις ρ 557 sqq. πιθήσας* Ζ 183 al.
11 sq. φρασσόμεθ᾽, ὅττι κε κέρδος Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξῃ ψ 140
κλυτὸν Ἄργος Ω 437
τότε οἱ κράτος ἐγγυαλίξω* Λ 192
13 μή τίς μοι κατὰ δῆμον Ἀχαϊάδων νεμεσήσῃ β 101
τά μοι κατὰ οἶκον* τ 18

VARIETAS LECTIONIS

6 μνῆμ᾽ A, λῆμμ᾽ Iacobs, λῆμ᾽ Meineke 8 οἰκουρῶν Meineke 9 οἳ καὶ νῦν κιθι A 10 οἷς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖσιν τὰ χρηίζων ἐποιθησα A, ἐπίθησα P; σίτοιο (βιότοιο Stadtmueller) μέγα χρήζων dedi: ὡς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖς σίτου χρήζων ἐποίησα Iacobs, quo praeeunte Meineke coniecit οἷς καὶ ἐγὼ μέγα τοι σίτου χρήζων ἐπίθησα; εἷς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖς ἴσα χρηίζων ἐπέρησα Hermann apud Meinekium; ὡς καὶ ἐγὼ πέλαγος σίτου χρήζων ἐπέρησα Stadtmueller 11 ἀποίσομαι A, correxit ed. pr.; αὖθις δ᾽ οὐκ ἔτι κέρδος ἀπώσομαι Hermann θασίους | μηθὲν A, δὲ editores addiderunt ut videtur, μηδὲν Schweighaeuser ὡς Θασίοισι, μηδὲν (fortasse μηδένα) πημαίνων, κλ. ἄ. ἐγγ. Stadtmueller Κλυτοῖ Hermann 12 ἐγγυαλίξων A, correxit ed. pr. 13 τὰ κατ᾽ οἶκον Stadtmueller, κατὰ μοῖραν ego

πεσσομένης ἀλόχου τὸν ἀχάινον ἄρτον ἀεικῶς,
καί ποτέ τις εἴπῃ σμικρὸν τυροῦντ' ἐσιδοῦσα·
'πῶς; φιλίων ὁρμὴν παρ' Ἀθηναίοισιν ἀείσας
πεντήκοντ' ἔλαβε δραχμάς, σὺ δὲ μικρὸν ἐπέψω;"
Ταῦτά μοι ὁρμαίνοντι παρίστατο Παλλὰς Ἀθήνη
χρυσῆν ῥάβδον ἔχουσα καὶ ἤλασεν εἶπέ τε φωνῇ·
'δεινὰ παθοῦσα Φακῆ βδελυρή, χώρει 'ς τὸν ἀγῶνα'.
καὶ τότε δὴ θάρσησα καὶ ἤειδον πολὺ μᾶλλον.

HOMERI LOCI SIMILES

15 *καί ποτέ τις εἴπῃσιν ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν* Z 459
*ἀσπαίροντ' ἐσιδοῦσα** θ 526 (*ἀσπαίροντα ἰδοῦσα* *DS* 1. m. Palatinus Larochii)
16 *Φημίῳ, ὅς ῥ' ἤειδε παρὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκῃ* α 154
18 *τόσσα μιν ὁρμαίνουσαν ἐπήλυθε νήδυμος ὕπνος* δ 793
εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα, τόφρα δ' Ἀθήνη
ἐγγύθεν ἱσταμένη προσέφη Διομήδεα δῖον K 507 sq.
ταῦτ' ἄρα οἱ φρονέοντι παρίστατο Φοῖβος Ἀπόλλων Π 715
ὡς κείνῳ ἀναφανδὰ παρίστατο Παλλὰς Ἀθήνη γ 222
19 *πάροιθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη | χρύσεον λύχνον ἔχουσα* τ 33 sq.
*χρύσεον σκῆπτρον ἔχων** λ 91
ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶ | καλὴν χρυσείην ω 2 sq.
ἦ καὶ χρυσείῃ ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη π 172
ὁππότε κεν Κίρκη σ' ἐλάσῃ περιμήκεϊ ῥάβδῳ κ 293
*εἶπέ τε μῦθον** H 277
*ἐκαλέσσατο φωνῇ** Γ 161
20 *τέκνον, ἐγὼ δειλή· τί νυ βείομαι αἰνὰ παθοῦσα* | X 431
21 *καὶ τότε δὴ θάρσησε καὶ ηὔδα μάντις ἀμύμων* A 92

VARIETAS LECTIONIS

14 *ἀχάινον* Casaubonus: *ἀχαϊκὸν* A *ἀεικῶς* Wachsmuth: *ἐν οἴκοις* A 15 *εἴπῃσι μικρὸν* A, correxit Meineke 16 *πῶς;* Stadtmueller (idem *ἐπέψω;*): *ὡς* A *ὥρμην παραθηναίοισιν* A pro *ὡς Φιλίων* Meinekio fortasse scribendum videbatur *Ἀσφαλίων* vel *Ὠφελίων*, pro *ὁρμὴν* eidem *ἁρμοῖ* vel *πρῴην*; fortasse *οἴμην* Stadtmueller 17 *ἐπέμψω* ed. pr. 19 *εἶπέ τε μῦθον* Chamaeleo 20 *βδελυρὰ χωρειστον* A, *βδελυρὴ* Chamaeleo, *χώρει 'ς* Nauck 21 *καὶ τότ' ἐγὼ θάρσησα* Chamaeleo

COMMENTARIVS

V. 1. *ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα* dicit cum ante ni fallor exposuerit qua fortuna Athenis usus sit. Omnium interpretum crux fuit *μετεωρίζοντες*. Quod quidam transitive explicarunt obiectum supplentes *σπελέθους*, ut esset pro *ἄραντες*, collato *M* 383 *ὁ δ' ἄρ' ὑψόθεν ἔμβαλ' ἀείρας* (ad quod Eustath. 910, 22: *τὸ δὲ ἀείρας ἀντὶ τοῦ μετεωρίσας τὴν χεῖρα*), ceteri aut *φρένας* aut *ἑαυτούς* intellegunt, ut activum sit pro medio *μετεωριζόμενοι*, 'efferentes animos' i. e. 'ferocientes' vel 'tumultuantes'. Iacobsius (animadv. in Eur. trag. p. 111) proposuit *μέγα κράζοντες*, Meinekius ad Ath. *μέγα κρίζοντες*. Mihi tradita lectio non mutanda videtur, sed propria illa notione explicanda ita, ut aut hominum missilia manibus tenentium et ad iactum paratorum gestus describatur aut ipsius iactus vis atque altitudo. **V. 2.** Quod stercoribus Hegemonem obruunt, ad spurcos Thasiorum mores depingendos inventum est; ceteri homines lapides mittere satis habent. Id ipsum, *πολλοῖσι λίθοισι*, habet epitome. **V. 3.** Vox *βδελυρός* intra tam mediocrem versuum ambitum ter (v. 3, 8, 20) repetita, cum ea et Thasios in se ipsum utentes faciat poeta et ipse in eos utatur, eiusdem illorum spurcitiae admonet. **V. 4.** Scripsi *καλὴν ἐς κρηπῖδα*, quia adiectivum *καλός* saepissime apud Homerum ita positum est, ut prior syllaba primam versus arsin teneat ad efferendam sententiam praemissum; rarior ea syllaba cum omnino in thesi, tum in thesi primi pedis invenitur in Iliade bis, in Odyssea nusquam (vide Ebelingii Lex. Hom. s. v. *καλός*). Verba *καλὴν ἐς κρηπῖδα κτἑ.* explicavit Casaubonus: 'quis te impulit pulchras adeo crepidas talibus pedibus inducere?' Unde omnes praeter Dalecampium et Villebrunium, qui p o r t u s crepidinem intellexerunt, interpretati sunt id genus calciamentum, quo hilaroedi utebantur

teste Ath. XIV 621 b: *καὶ τὸ μὲν παλαιὸν ὑποδήμασιν ἐχρῆτο (ὁ ἱλαρῳδός), ὥς φησι ὁ Ἀριστοκλῆς* (in libro primo *περὶ χορῶν*, Mueller Fr. H. G. IV 331), *νῦν δὲ κρηπῖσι*, descriptum in Bekk. Anecd. 273, 18 *εἶδος ὑποδήματος ἀνδρικοῦ, ὑψηλὰ ἔχοντος τὰ καττύματα.* Unde quidam, id quod propter temporum intervallum ab Aristocle distinctum minime licet, etiam artiorem quandam hilaroediae et parodiae affinitatem statuebant. At vix potuit Graece dici ‘ascendere in pulchram crepidam’, ut taceam pluralem potius numerum desiderari; crepidinem iudico Hegemonem dicere *θυμέλην* (cf. Soph. Trach. 994 *κρηπὶς βωμῶν*, Eurip. Herc. fur. 984 *βωμίαν κρηπῖδα*) ut qui thymelicus esset actor. Quae explicatio confirmatur loco quodam Paroemiogr. Graec. ed. Leutsch et Schneidewin I 31: *Ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ στέγος· ἐπὶ τῶν ἀμαθῶς ἐπί τινα ἔργα καὶ πράξεις ἀφικομένων*, ad quod apte conferunt editores Syriani locum ad Hermogenem p. 40 vol. IV Walz: *οἷος ἦν ὅτε που ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπτοις ποσὶ κατὰ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσας Δημάδης, Ἡγήμων τε καὶ Πυθέας καὶ Ἀριστογείτων ὕθλων ἀλόγων συκοφαντίας βουλάς τε καὶ τὰ δικαστήρια ἐμπεπληκότες κτέ.* Quod Hegemoni rhetori *βῆμα* est, Hegemoni parodo est *θυμέλη*. Opponitur vero crepido pulchra, ut discitur ex proverbii illius comparatione, taetris decrepiti senis (v. 6 *γέροντα*) pedibus, ut artis inscitia Hegemoni per acerbum iocum exprobretur. **V. 6.** Iacobsii recepi coniecturam *λῆμμα*, quod Hesychius et Suidas *κέρδος* interpretantur, ‘lucri studium’; quod Meinekio placuerat *λῆμα* (Exerc. in Ath. II 41 sq.), ipse postea (ad Ath. XV 698 d) verbis *οὐκ ἐθέλοντα* repugnare vidit. Notabilis est versus ap. Ath. X 428 a: *οἶνος ἄνωγε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν*, qui nescio an Hegemoni obversatus sit; etenim sententiam antiquam esse testatur Eriphus comicus *ἐν Αἰόλῳ*: *λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος οὐ κακῶς ἔχων· | οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ, | πείθειν χορεύειν κοὐκ ἐθέ-*

λοντας (cf. Mein. ad Ath. IV 134 c; Kockius C. A. F. II 428 habet *οὐ θέλοντας*). **V. 8.** *εὔκουροι* cum Prellero interpretor homines delicatiores, eleganter tonsos, qui opponuntur *βδελυροῖς*, sicuti *ὀλλύντες* opponuntur *ὀλλυμένοις*. Nec obstat vox *σπάνις* v. 7, ut monet Peltzerus, cum nimirum etiam homines delicatiores possint inopia premi. Verba *ὀλλύντων ὀλλυμένων τε*, 'qui se invicem perdunt', miseriam istam homerice describunt; confert Meinekius Plutarch. de an. et corp. aff. p. 502 a: *συνέρρωγεν ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων*. Idem coniecit *οἰκουρῶν*, ut paupertas Thasios otii et desidiae amantes ad remigationis necessitatem compellere dicatur. Acerbissimo autem cum sale dicit *οἳ νῦν κεῖθι κακῶς κακὰ ῥαψῳδοῦσιν*, remorum pulsum ac strepitum comparans cum suae artis, rhapsodiae, numeris ac sonis; illam rhapsodiam et difficillimam quidem utpote in navibus onerariis ceteros, hanc nobiliorem se sibi delegisse. Quo ex ioco hoc quoque certissime deduci mihi videtur, Hegemonem munus rhapsodi suscipientem domo esse profectum; a rhapsodia deinde ad parodiam delatus videtur. **V. 10.** Iacobsii coniecturam *σίτου χρήζων* confirmat locus homericus quem subscripsi neglectus a viris doctis, ρ 557 sq.; de *ἐπίθησα* quoque quod Meinekio placuit sponderi poterit, cum *πιθήσας* in eadem sede versus saepius legatur. Quod autem Meinekius proposuit *μέγα τοι*, reicitur (id quod ipse innuit) constanti usu homerico qui postulat *μάλα τοι*. Itaque cum vix acquiesci possit in hac lectione: *οἷς* (scil. *τῷ λήμματι καὶ τῇ πενίᾳ*) *καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖς* (una cum ceteris) *σίτου χρήζων ἐπίθησα*, ego scripsi *οἷς* (scil. multis Thasiorum) *καὶ ἐγὼ σίτοιο μέγα χρήζων ἐπίθησα* (cf. *μέγα .. χατέουσιν* ο 376, *μέγ' ἐμεῖο ποθὴν .. ἔχουσιν* Ζ 362). **V. 11 sq.** *εἰς Θασίους δὲ | μηδὲν πημαίνων κλυτὸν ἄργυρον ἐγγυαλίξω*, de quibus verbis Casaubonus: 'tenebrae magnae isto loco'. Quae sane removerentur, si quod scriptum est *μηδὲν πημαίνων*

(quod verbum ceteris locis cum accusativo coniungitur) ad verba *εἰς Θασίους* referre et cum Hermanno scribere liceret *Κλυτοῖ*, ut *Κλυτώ* nomen proprium esset (C. I. G. III 5275, IV 7381) uxoris Hegemonis, cui pollicetur in posterum se pecuniam comparatam traditurum; qua ratione facilior foret transitus ad coniugis mentionem v. 14. Sed neque illud facile poterit concedi neque traditam ut temptemus scripturam admittere videntur exempla homerica *κλυτὸν Ἄργος*, item *κλυτὰ δῶρα, τεύχεα, δώματα.* Itaque nihil relinquitur nisi ut verba *εἰς Θασίους δὲ* ad *ἐγγυαλίξω* referentes explicemus 'ad Thasios autem nihil damni efficiens splendidam pecuniam deferam'. Quae cum non modo obscure contorteque dicta sint, sed etiam aegre coniungantur cum insequentibus versibus quibus uxoris subito mentio fit, praestat fortasse ultima ratio, hiatum ut statuamus qua v. 10 et 11 dirimantur; intercidisse vero talia, ut ea evaderet fere sententia quam omnes requisiverunt: 'apud Thasios degens quam pecuniam mihi comparavero nihil peccans uxori tradam, ne quis mihi domi Achivarum suscenseat, quod absens uxorem neglexerim'. Prellerus lacunam post v. 12 indicavit, sed aliis ductus rationibus quas irritas esse demonstravit Peltzerus p. 34. [*ὡς Θασίοισι* Stadtmuellerus, qui interpretatur 'in futurum vero non peregrinabor, sed hic permanebo, ut Thasiis procul iniuria pecuniam t r a d a m, i. e. d o m i c o n s u m a m'.]

V. 13 sq. Magnopere displicet vocis *οἶκος* repetitio, *κατὰ οἶκον* et *ἐν οἴκοις.* Itaque pro *ἐν οἴκοις*, quod et propter pluralem numerum offendit nec qua ratione additum sit apparet, acutissima est Wachsmuthii coniectura *ἀεικῶς*, qua huius loci sententia mirum quantum aperitur. Sic enim vituperatio illa placentae ab Hegemonis uxore coctae elicitur, quam Schweighaeuserus et Prellerus in vocabulo quod est *ἀχαϊκὸν* latere suspicabantur, propter recentem Achivarum mentionem (v. 13) sane molestissimo. Ille

coniecit ἀχύρεον, quem secutus hic scripsit τὸν ἀχύρμιον ἄρτον, collato Arat. Diosem. 365 (ἄμητος κενεὸς καὶ ἀχυρμιός); cf. *E* 502 ἀχυρμιαί in eadem versus sede. Sed verissime iam Casaubonus ἀχάινον, quod Meinekio quoque placuit, nec obstat Semi testimonium ap. Ath. III 109f de placentis quae ἀχαΐναι appellabantur Thesmophoriis factae: εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι, καὶ ἑορτὴ καλεῖται μεγαλάρτια; quae quibusdam cum verbis σμικρὸν τυροῦντα v. 15 pugnare visa sunt. Immo id ipsum ab Hegemonis uxore ἀεικῶς fieri videbatur, quod festo die placentarum magnarum exiguam tantum atque tenuem placentam coquebat. Sed ne κατὰ οἶκον quidem incorruptum videtur; quod nisi fuit τὰ κατ' οἶκον (sic Stadtmueller), fortasse restituendum est κατὰ μοῖραν. **V. 16** torserunt interpretes verba ὡς φιλίων ὡρμην (sic *A*); quaeritur utrum subiectum sit ipse Hegemo qui cecinerit carmen Φιλίων ὁρμή vel simili nomine significatum an Philio quidam et ipse Thasius et rhapsodus. Sed necessario uxori Hegemonis opponitur ab Achivis ipse Hegemo, qui quamquam quinquaginta drachmas ceperit, tamen coniugem inopia premi sinat. Sententiae languidiori versuum 16 et 17 nervos addidit Stadtmuellerus scribens πῶς; et post ἐπέψω rectius interpungens; de vocabulis φιλίων ὡρμην omnes desperant. **V. 20.** Verbis δεινὰ παθοῦσα Hegemo attingit locum Iliadis *X* 431 τέκνον, ἐγὼ δειλή· τί νυ βείομαι αἰνὰ παθοῦσα, de cuius lectione minime constat, praesertim de forma βείομαι (βέω Et. Gud. 109, 27), etsi αἰνὰ ab omnibus editoribus tenetur. Num quid veri fortasse parodus servavit? De cognomine Φακῆ vide supra p. 36 sq. De elisione diphthongi ει in χώρ' εἰς Eustathius p. 1239, 26: ἰστέον δ' ὅτι, ὥσπερ ἡ $\overline{\alpha\iota}$ δίφθογγος ἐκθλίβεται διὰ καλλιφωνίαν, οὕτω καὶ ἡ $\overline{\varepsilon\iota}$ δίφθογγος ἐν τῷ δεινὰ παθοῦσα φακῇ βδελυρή, χώρ' εἰς τὸν ἀγῶνα, ἤγουν ἀγωνίζου. Sed rectius cum Nauckio χώρει 'ς scribitur (vide Philol. V p. 696).

IIII

EVBOEVS PARIVS

De Euboeo Pario[1]) nihil compertum habemus praeter ea, quae tradit Athenaeus XV 697f—699c Polemonis Periegetae potissimum testimonio nisus, cuius de parodia Graeca vetere excursum[2]) ad verbum paene descripsit.[3]) Inde de vita Euboei hoc scimus, fuisse illum circa Philippi Macedonis aetatem et Atheniensibus aliquando maledixisse[4]); quod qua data occasione fecerit ignotum est, nisi ex ista aetatis definiendae ratione suspicari licet parodum non sine Philippi gratia ad calumniandos Athenienses arte sua abusum esse. Parodiarum scripsit quattuor saltem libros; tot enim Polemonis aetate erant. Plura et uberiora de arte eius parodica habemus testimonia: a Matrone (fr. VI) eorum qui ante suam aetatem optimi fuerint parodorum nominatur primus; idem a Polemone clarissimus omnium parodorum praedicatur pariterque ac Boeotus dicitur *λόγιος*

---

1) Vide praeter ceteros Welandium p. 41 sq. et Prellerum p. 82.

2) Cf. supra ad Hegemonem p. 38 adn. 4.

3) Omnia enim quae Athenaeus hoc loco de parodis tradit ex Polemone fluxisse mihi persuasum est nec tantum ea quae aperte Polemonis nomine inducuntur (698b—699c). Matronis certe fragmentum VI quod est de Euboeo Hermogene Philippis Cleonico parodis (697f—698a) artificio quodam quod facile potest perspici ex pristino ereptum verborum tenore et praemissum est eo nimirum consilio, ut ansam daret totam de parodis disputationem adnectendi; etenim sic fere videtur Athenaeus in fonte suo scriptum legisse (698b): *μνημονεύει δ' αὐτοῦ* (scil. Euboei) *Τίμων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν σίλλων, ἔτι δὲ καὶ Μάτρων ὁ παρῳδὸς ἐν τούτοις· κτἑ.* Welandius quoque p. 42 non dubitat verba *πολλοί τινες παρῳδιῶν ποιηταὶ γεγόνασιν, ἐνδοξότατος δ' ἦν Εὔβοιος κτἑ.* ad Polemonem referre.

4) Ath. l. l. *Εὔβοιος ὁ Πάριος, γενόμενος τοῖς χρόνοις κατὰ Φίλιππον. οὗτός ἐστιν ὁ καὶ Ἀθηναίοις λοιδορησάμενος.*

διὰ τὸ παίζειν ἀμφιδεξίως et qui priores parodiae poetas virtute superaverit. A Timone sillographo in primo sillorum libro commemoratus est (fr. XXXVIIII Wachsm.). Alexander denique Aetolus in epigrammate elegiaco, quod statuae in honorem Boeoti Syracusis positae subscriptum fuisse et inde a Polemone ut periegeta decerptum esse coniecit Heckerus[1]); haec de Boeoto dicit:

ἔγραφε δ' ὦνερ
εὖ παρ' Ὁμηρείων ἀγλαΐαν ἐπέων
πισύγγως ἢ φῶρας ἀναιδέας ἤ τινα χλούνην,
φλύων ἀνθηρᾷ σὺν κακοδαιμονίᾳ[2]),
τοῖα Συρακοσίοις καὶ ἔχων χάριν· ὃς δὲ Βοιωτῶ
ἔκλυεν, Εὐβοίῳ τέρψεται οὐδ' ὀλίγον.

Unde etsi constat Euboeum multo minus probatum fuisse Alexandro quam Boeotum, tamen ex hac ipsa illorum parodorum comparatione hoc debet effici, similia eorum ac vilia fuisse parodiae argumenta, id quod comprobatur duobus Euboei fragmentis, quorum alterum tumultum in tonstrina ortum tamquam Achaeorum Troianorumque pugnam homericam festive describit, alterum ad rixam inter tonsorem et figulum de uxore velut de altera Briseide coortam pertinet; quae fragmenta eiusdem parodiae fuisse verisimile est. Quam vere autem Polemo dixerit, multa lusisse Euboeum in carminibus facete, iam ipsi iudicent lectores.

---

1) Phil. V 1850 p. 424 doricam dialectum ubique reducens. Meinekius Anal. Alex. p. 230 ex carmine Alexandri Musarum nomine inscripto (Macrob. Sat. V 22) censuerat hoc fragmentum depromptum esse.

2) ἀνθηρᾷ σὺν καλοειμονίᾳ Wachsmuthius, ut ad ipsum poeseos Boeoti ornatum spectet, sicut Bion dicitur ab Eratosthene τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ περιβαλεῖν ap. Strab. I 2, 2 p. 15; cf. Wachsmuthii Sillogr. p. 74 sq.; aliam viam ingressi erant Hermannus Opusc. V p. 10: ἤ τινα χλούνην φλοιῶν ἀνθηρῇ σὺν κακοειμονίῃ, et Meinekius Anal. Alex. p. 232 ἀτηρῇ σὺν κακοδαιμονίῃ, cf. eundem Ath. vol. IV p. 360.

Euboei fragmenta

I.

βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.

II.

μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐών, ἀποαίρεο, κουρεῦ,
μήτε σύ, Πηλείδη.

HOMERI DETORTI VERSVS

I. *βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν Σ* 534

II. *μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐών, ἀποαίρεο κούρην,*
μήτε σύ, Πηλείδη, θέλ' ἐριζέμεναι βασιλῆι Α 275, 277

TESTIMONIVM

Polemo ap. Ath. XV 699a: *ὁ δὲ Εὔβοιος πολλὰ μὲν εἴρηκεν ἐν τοῖς ποιήμασι χαρίεντα. περὶ μὲν τῆς τῶν βαλανέων μάχης «βάλλον — ἐγχείῃσιν», περὶ δὲ τοῦ λοιδορουμένου κουρέως τῷ κεραμεῖ τῆς γυναικὸς χάριν «μήτε — Πηλείδη».* Cf. Eustath. p. 1224, 57.

VARIETAS LECTIONIS

In testimonio *βαλανείων A*, *βαλανέων* Dalecampius

COMMENTARIVS

Fr. I. Significantur forcipes, quibus ut telis tonsores dimicabant; Schweighaeuserus olim proposuit *ἀγγείοισιν* vel *ἀγγηίοισιν*, quo omnis iocus tollitur. Fr. II. *Πηλείδης* cur appelletur figulus, non est quod dicam; cf. Batr. 19 et 206.

V
MATRO PITANAEVS

Omnis parodicae poesis pulcherrimum luculentissimumque specimen tenemus Matronis Pitanaei Ἀττικὸν Δεῖπνον, quod totum operi suo inseruisse Athenaeum colligere licet ex iis verbis quibus honorifice inducit carmen libri IV p. 134d: "Ἀττικὸν δὲ δεῖπνον οὐκ ἀχαρίτως διαγράφει Μάτρων ὁ παρῳδός, ὅπερ διὰ τὸ σπάνιον οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι ὑμῖν, ἄνδρες φίλοι', ὁ Πλούταρχος ἔφη, 'ἀπομνημονεῦσαι'.[1]) Sed exstitit Meinekius[2]) qui negaret totum atque integrum carmen ab Athenaeo fuisse subiectum, nam praeter manifesta lacunarum indicia unum saltem versum ab illo diserte e Δείπνῳ afferri, qui in carmine ipso non appareret, libro II p. 62c (fr. I):

ὄστρεά τ' ἤνεικεν, Θετίδος Νηρηίδος ὕδνα.

Ac lacunae quidem illae tam manifestae sunt, ut nullo modo possint latere; quas carmen iacturas utrum priusquam ab Athenaeo ipso in opus suum receptum est, temporum iniuria fecerit an culpa eius qui sexto vel septimo saeculo Dipnosophistarum libros triginta in quindecim coartavit eosdem quos olim integros liber Venetus continebat[3]), nisi utraque res in causa fuit, non iam potest

---

1) Amplius Plutarchi sermonis exordium fuisse quod nunc interierit docet Kaibelius praef. ad Athenaeum p. XXVII.

2) Exercitat. phil. in Ath. I p. 13.

3) De hoc Athenaei epitomatore cf. Kaibelii praefat. ad Athenaeum p. XXI sqq.

ad liquidum perduci. His igitur lacunis Meinekius illum quoque versum ὄστρεα — ὕδνα haustum esse confirmat, quem post v. 97 Convivii Attici inserendum videri.[1]) At miror virum egregium fugisse iam initio Cenae, v. 16, ostrearum fieri mentionem quas in eodem convivio bis apponi non magis veterum mos erat quam est nostratium. Circumspicientibus igitur quam aliam versui illi exsulanti sedem adsignemus ita, ut ostrearum a coquo appositarum mentio cum versu 16 possit conciliari, quo ostreas se edisse poeta narrat, unus relinquitur locus post v. 13, nam v. 11 coqui dicuntur cibis adlatis mensas implevisse. At illic omnia optime inter se cohaerent; quis enim credat poetam bis eos cibos enumerare voluisse, quos deinceps a versu 16 singillatim recenset? eo autem deferentur qui versum illum ὄστρεα — ὕδνα inter v. 13 et 14 Convivii Attici intrudere animum induxerint.[2]) Iam cum ad Ἀττικὸν Δεῖπνον pertinere non possit, sed tamen debeat e cenae aliqua descriptione esse depromptus, ne Athenaeum quidem (vel eius epitomatores) illud testari tenendum est, si quidem II 62c haec tantum traduntur: *καὶ Μάτρων ὁ παρῳδὸς ἐν τῷ Δείπνῳ· ὄστρεα — ὕδνα.* Sed nihil opinor obstat quominus praeter Ἀττικὸν Δεῖπνον aliam quoque cenae descriptionem vel plures etiam Matronis Musam lusisse statuamus, quam sententiam aliis iam atque firmioribus rationibus comprobabo.

Etenim non solum hoc fragmentum (I), sed etiam fr. II III IV quae ἐν (ταῖς) παρῳδίαις posita fuisse Athenaeus testatur, Meinekius Ἀττικῷ Δείπνῳ vindicavit. Quod quo iure fecerit quaerendum est. Ac primum hoc ipsum videtur

---

1) Peltzerus p. 64 quo loco ille versus reponendus sit in dubio relinquit, Paessensius dissertationis suae p. 63 ad Meinekii maxime inclinat sententiam.

2) Eodem loco excidisse fr. II aliquis sumpserit, sed vide infra.

permire factum quod licet satis multa exciderint, ne unum quidem ex tribus illis fragmentis aliis locis ab Athenaeo adlatis in carmine ipso quoque legatur. Accedit quod cum fr. II poeta convivas inter se colloquentes inducat, per totum carmen, id quod recte monuit Peltzerus p. 64, nullum eiusmodi sermonis vestigium indagabis. Sed hanc utramque rem epitomatori illi sexti vel septimi saeculi imputare possis, qui partim versus in prioribus libris iam adlatos (fr. I libro II 62c; fr. II libro II 64c; fr. III libro III 73e) omiserit, partim omne convivarum colloquium (fr. IV) brevitatis causa resecuerit. Quod vero gravissimum visum est Meinekio argumentum, ut illa fragmenta ex hoc carmine olim multo ampliore desumpta esse putaret, id plurimum ad illius sententiam diluendam valet. Summa enim verborum similitudo fragmento II cum Convivii versibus 16 (ὄστρεα μυελόεντα) et 18 (∼ II 2), 63 (∼ II 3), 5 sq. (∼ II 5 sq.), fragmento III cum Convivii Attici versibus 36 sq. (∼ III 1 sq.) intercedit, cum eidem utrimque versus homerici parodice detorqueantur.[1]) Haec igitur fragmenta cum Meinekius ad Convivium Atticum referat, miro illo verborum consensu tamquam argumento utitur quo multo maiorem comprobet carminis illius ambitum fuisse quam ab Athenaeo esset exhibitum; in tam brevi enim carmine quem umquam poetam eorundem propemodum versuum iterationes sibi permisisse? Sed concedamus ambitum Convivii multo fuisse maiorem, ut iterationes illae a Meinekio carmini inlatae minus molestae fierent: iam novis implicamur difficultatibus. Etenim fragmentum II si modo ad Convivium Atticum pertinet non potest illuc inseri nisi ante vv. 14—16, quibus commemorantur asparagus et bulbi; ergo postremis duobus

1) Quod nusquam fit per totum carmen quale nunc comparatum est, nam ne v. 20 quidem et v. 86 qui ut nunc res se habet ab isdem verbis ἐν καθαρῷ incipiunt, eosdem Homeri locos tangunt, sed ille Ψ 61, hic Κ 199.

versibus fragmenti repetentur simillimis verbis ea quae Convivii vv. 4 sq. dicta sunt, item secundi versus eiusdem fragmenti verba *μυελόεν βλάστημα* praeripient versui 16 Convivii iocum *ὄστρεα μυελόεντα* et hemistichium posterius eiusdem illius fragmenti versus (*καρηκομόωντας ἀκάνθαις*) versum 18 Convivii dimidiatum praeoccupabit. Quibus rebus fiet ut rursus simillimi loci tam exiguo intervallo legantur, ut in easdem quas fugiebamus reiciamur angustias.[1])

Quae cum ita sint, fragmenta I—III non possumus non vel ad plures alias quae fuerint praeter *Ἀττικὸν Δεῖπνον* parodias vel ad unam referre parodiam, qua alterius convivii descriptio a poeta exhibebatur plane per eandem festivitatem ex locupletissimis Homeri thesauris congesta. De fragmento IV licebit quidem dubitare num ex Meinekii sententia post v. 97 Convivii Attici inserendum sit.[2]) At ne ille quidem locus ullum detrimentum fecisse videtur, quamquam fuerunt qui etiam post versum 99 nonnulla excidisse suspicarentur.[3]) Itaque fr. IV quoque ad aliud quoddam Convivium referre praestat. Ex aliis denique parodiis sumpta sunt fr. V et VI, quorum posterius haud mediocris momenti est ad parodiae historiam cognoscendam, cum et parodos quosdam in eo Matro nominet paulo ut videtur se aetate priores et Cleonicum quendam insectetur adversarium artisque suae aemulum.

De nomine patria aetate Matronis dilucide disseruit Welandius l. l. p. 31 sqq. Fuit Matro Pitana natus Aeolum ex oppido in Mysia sito. Athenis eum aliquamdiu commoratum fuisse, non expertem communis fere poetarum

---

1) Osanni opinionem (Anal. crit. p. 74) propter similitudines illas de duplici quadam Convivii Attici recensione cogitantis Welandius l. l. p. 40 acute refutavit.

2) Huc Meinekius refert etiam fragmentum incertum I.

3) Paessensius propter vocem *αὐτοῦ* (v. 100) sine dubio corruptam.

sortis, inopiae atque egestatis, ex ipso Convivio Attico discimus (v. 3 et 91 sq.). Pariter quo tempore vixerit ipsius poetae testimoniis ostenditur. Nam cum fr. VI inter alios Euboeum Parium nominet ut vita defunctum, quem fuisse docet Athenaeus XV 698 a Philippi Macedonum regis temporibus, recte Welandius p. 34 colligit Matronem quoque circa Philippi tempora vel paulo post vixisse. Eandem fere in aetatem deducimur ratione habita earum personarum, quae a parodo in Convivio inducuntur: quamquam ex mentione eius qui cenam apparavit, Xenoclis Atheniensis rhetoris[1]), nihil ad eam rem elicere possumus. Maiore cum fructu quaeremus de Chaerephonte et Stratocle, quorum prior v. 9 et 98 prodit parasiti agens personam, alter v. 30 cum ipso Matrone de mulli capite certans idemque v. 122 meretriculas inducens. Et hunc quidem pro certo habemus fuisse Stratoclem rhetorem, qui Plutarcho (Demetr. 11—26) teste Antigono et Demetrio turpissime adulatus omnia iura divina et humana permiscuit.[2]) Qui non solum mensium dierum phylarum sacrorum denique nomina in illorum honorem mutavit, sed ne fanorum quidem sanctitati pepercit, cum illo suadente Parthenonis opisthodomus Demetrio deversorium ab Atheniensibus decerneretur. Propter haec et alia impie facta acerrime eum consectatus est Philippides comicus (Plut. Dem. 12 et 24; IV 474 sq. Mein.) cuius versus

ὁ τὴν ἀκρόπολιν πανδοκεῖον ὑπολαβὼν
καὶ τὰς ἑταίρας εἰσαγαγὼν τῇ παρθένῳ

---

1) Tertius is est haud dubie eorum quos recenset scholiasta Aristoph. Ran. 86: *εἰσὶ δέ, φασί, δύο Ξενοκλεῖς, τραγῳδοὶ γεγονότες. τρίτος δὲ τούτοις ἐστὶν ὁμώνυμος πολιτικός, Φαΰλλου* (sic Meinekius CGF I p. 516 adn. pro *φαύλου*) *μὲν πατρός, τῷ δὲ δήμῳ* (*τῶν δὲ δήμων* Mein.) *Χολαργεύς*.

2) Cf. Procopius ap. Maium Auct. Class. IV p. 224, Ruhnkenius ad Rutil. Lup. p. 34, Welandius l. l. p. 35 sq., Meinekius CGF IV 474 sq.

dignissimum fuisse demonstrant Stratoclem, cui Matro similes partes in convivio profano (v. 122) adsignaret.[1]) Quae si recte exposita sunt, Matronis quoque carmen sub ipso quarti saeculi fine ponendum est.

Neque minus de Chaerephonte[2]) gravissima habemus comicorum testimonia, quae omnia praeter duo (Nicostrati dico *ἐν Τοκιστῇ* Ath. XV 685ef; II 226 Kock, et Alexidis *ἐν Φυγάδι* Ath. IV 164f; II 391 Kock) Athenaeus affert uno loco libri IV, cap. 42 sq. inter alios parasitos Chaerephontem quoque recensens. Castigatur igitur non solum ab Alexide (nam in Nicostrati fabula personam agit nulla re insignem), sed etiam ab Antiphane (II 96 K.), Timotheo (II 450 K.), Timocle (II 455 K.), Menandro (IV 162, 179 Mein.), Apollodoro Carystio (IV 447, 449 Mein.), a Machone[3]) denique ut qui ad epulas accurrat invocatus, veste servili tectus in convivarum numerum se insinuet, ne longum quidem ex urbe in agrum iter renuat quo nuptiis rusticis intersit, alia id genus, quibus gulae illius impudentia atque voracitas irrideatur.[4]) Itaque cum plerique

---

1) Ab eodem Philippide propter turpe coniugium perstringi Stratoclem Plutarchus testatur (Amat. p. 750f; IV 475 Mein.). De meretricibus eius vide Ath. XIII 596f et Plut. Dem. 11. Gnathaenae de eo facete dictum Macho refert ap. Ath. XIII 580de.

2) Chaerephontis descriptionem uberrimam et elegantissimam exhibet Ribbeckius in commentatione quae 'Kolax' inscripta est, act. societ. litt. lips. vol. IX p. 76 sqq. Ceterum falso Papius (lex. onom. s. v. *Χαιρεφῶν*) Chaerephontem illum Socraticum ab Eupolide Cratino Aristophane notatum et Chaerephontem parasitum a Matrone novaeque comoediae poetis irrisum confundit, quae res ut per se ipsa apparet, ita Platonis (Apol. 21a) testimonio constat illum mortuum esse fingentis ante Socratem; cf. Kockium CAF II 96.

3) Macho Diphili eum interlocutorem inducit VI 243f.

4) Quod etiam scripsisse de epulis Chaerephontem ad Cyrebionem et ipsum parasitum testatur Callimachus ap. Ath. VI 244a (*τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλί-*

illorum poetarum qui Chaerephontem perstringunt novae comoediae adsignandi sint, horum ipsorum temporibus optime convenit, ut carminis Matronei origo circa quarti et tertii saeculi confinium ponatur.

De arte parodica Matronis atque incredibili fere carminum homericorum cognitione ipsi iudicent lectores ex exemplis homericis quae accuratissime enotata subscripsi; pauca tantum aptius in commentario afferri videbantur. Diligentissime vero inquisivi, qualem Matro sive legerit Homerum sive memoria tenuerit, unde ad ipsam carminum homericorum historiam criticam fructum aliquem redundare arbitror. Etenim per centum quadraginta duos versus non minus duodeviginti locos animadverti huc pertinentes; quos locos non solum inter versus Homeri detortos latioribus litterarum spatiis insignivi, sed etiam in commentario recensui. Sunt autem hi: *Ἀττικὸν Δεῖπνον* v. 3, 12, 20, 28, 31, 54, 57, 60, 65, 68, 80, 87, 88, 93, 95, 116; fr. III v. 3, fr. VI v. 1.

μαχος ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν πίνακι γράφων οὕτως 'δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν· Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι'. εἶθ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν· 'ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας. στίχων τοέ'), valde vereor ne libellus ille impostoris nescio cuius opus fuerit famosissimorum parasitorum nominibus ad sua scripta nobilitanda abutentis.

ΑΤΤΙΚΟΝ ΔΕΙΠΝΟΝ

Δεῖπνά μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροφα καὶ μάλα πολλά,
ἃ Ξενοκλῆς ῥήτωρ ἐν Ἀθήναις δείπνισεν ἡμᾶς·
ἦλθον γὰρ κἀκεῖσε, πολὺς δέ μοι ἕσπετο λιμός.
οὗ δὴ καλλίστους ἄρτους ἴδον ἠδὲ μεγίστους,
λευκοτέρους χιόνος, ἔσθειν δ' ἀμύλοισιν ὁμοίους, ...
τάων καὶ Δρομέης ἠράσσατο πεσσομενάων.
αὐτὸς δὲ Ξενοκλῆς ἐπεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν,

HOMERI DETORTI VERSVS

1 *Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλά* α 1
3 *ἦλθον γὰρ καὶ κεῖσε, πολὺς δέ μοι ἕσπετο λαός* ζ 164
4 *τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον ἠδὲ μεγίστους·*
5 *λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι* Κ 436 sq.
6 *τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων* Υ 223
7 *αὐτὸς δὲ κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν* Γ 196
αὐτὰρ ὁ πεζὸς ἐὼν ἐπεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν Δ 231

TESTIMONIVM

Ath. IV 134d: *Ἀττικὸν δὲ δεῖπνον οὐκ ἀχαρίτως διαγράφει Μάτρων ὁ παρῳδός, ὅπερ διὰ τὸ σπάνιον οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι ὑμῖν, ἄνδρες φίλοι, ὁ Πλούταρχος ἔφη, ἀπομνημονεῦσαι «Δεῖπνα — ὄρνιθας ὥς».*

VARIETAS LECTIONIS

In testimonio *ἀχαρίτως* Meineke: *ἀχαρίστως* AC 5 *ἐσθίειν* AC, corr. Musurus hiatum notavit Kaibel 6 *Δρομέης* Wachsmuth: *Βορέης* AC, *γαστὴρ* Meineke coll. fr. II 6

στῆ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἰών, σχεδόθεν δέ οἱ ἦν παράσιτος
Χαιρεφόων, πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς,
νήστης, ἀλλοτρίων εὖ εἰδὼς δειπνοσυνάων.
τέως δὲ μάγειροι μὲν φόρεον πλῆσάν τε τραπέζας,
οἷς ἐπιτετράφαται μέγας οὐρανὸς ὀπτανιάων,
ἠμὲν ἐπισπεῦσαι δείπνου χρόνον ἠδ' ἀναθεῖναι.
ἔνθ' ἄλλοι πάντες λαχάνοις ἐπὶ χεῖρας ἴαλλον·
ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην, ἀλλ' ἤσθιον εἴδατα παστά,
βολβοὺς ἀσπάραγόν τε καὶ ὄστρεα μυελόεντα,
ὠμοτάριχον ἐῶν χαίρειν, Φοινίκιον ὄψον.
αὐτὰρ ἐχίνους ῥῖψα καρηκομόωντας ἀκάνθαις·
οἱ δὲ κυλινδόμενοι καναχὴν ἔχον ἐν ποσὶ παίδων

HOMERI DETORTI VERSVS

8 *στῆ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἰών** υ 128
σχεδόθεν δέ οἱ ἦεν ὄλεθρος Π 800
9 *σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς* ε 51
10 | *νήστιες* σ 370 (*ἀνὴρ*) *εὖ εἰδὼς τεκτοσυνάων** ε 250
11 *ἡ δ' ἑτέρη προπάροιθε θρόνων ἐτίταινε τραπέζας* κ 354
*φόρεον** χ 448 ω 417
οἱ δ' ἄλλοι πάντες δίδοσαν, πλῆσαν δ' ἄρα πήρην ρ 411
12 sq. *τῆς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς Οὔλυμπός τε,*
ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος ἠδ' ἐπιθεῖναι Ε 750 sq.
14 *ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες** α 11
*ἑτάροις ἐπὶ χεῖρας ἴαλλε** ι 288
οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον Ι 91 al.
15 *ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην* Ε* 201, ι 228
15 sq. *ἤσθιε δ' ὥστε λέων** . . .
ἔγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα ι 292 sq.
18 *καρηκομόωντας Ἀχαιούς* Β* 11
19 *ἡ δὲ κυλινδομένη καναχὴν ἔχε ποσσὶν ὑφ' ἵππων Π* 794

VARIETAS LECTIONIS

11 *τέως* Stadtmueller: *τῷ A C* 13 *ἀναμεῖναι A*, *ἀναθεῖναι* scripsi, *ἀνατεῖναι* Meineke 15 *πειθόμην A C* *εἴσθιον A* *παστά* Wachsmuth: *πάντα A C* 17 *χαίρειν μακρά, Ποντικὸν ὄψον* Kaibel

ἐν καθαρῷ, ὅθι κύματ' ἐπ' ἠιόνος κλύζεσκε·
πολλὰς δ' ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους εἷλκον ἀκάνθας.
ἡ δὲ Φαληρικὴ ἦλθ' ἀφύη, Τρίτωνος ἑταίρη,
ἄντα παρειάων σχομένη ῥυπαρὰ κρήδεμνα....
τοὺς δ' ὁ Κύκλωψ ἐφίλει καὶ ἐν οὔρεσιν ἐξεπεφύκει...
πίνας ἦλθε φέρων κατὰ τρύβλια ἠχήεντα,
ἃς κατὰ φυκότριχος πέτρης λευκὸν τρέφει ὕδωρ....
ψῆττά τε χονδροφυὴς καὶ τρίγλη μιλτοπάρῃος.
τῇ δ' ἐγὼ ἐν πρώτοις ἔπεχον κρατερώνυχα χεῖρα,
οὐδ' ἔφθην τρώσας μιν, ἄειρε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων.

HOMERI DETORTI VERSVS

20 ἐν καθαρῷ, ὅθι κύματ' ἐπ' ἠιόνος κλύζεσκον Ψ 61
21 πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας Κ 15
22 φύζα, φόβου κρυόεντος ἑταίρη* Ι 2
23 ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα α 334
24 τόν ῥα μάλιστα | Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει Ξ 490 sq.
ἥ με λαβοῦσα | ἐνδυκέως ἐφίλει τε καὶ ἔτρεφεν η 255 sq.
ἐν οὔρεσιν* Δ 455 ἐξεπεφύκει* hymn. in Cer. 12
25 Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος Η 219
κὰδ δώματα ἠχήεντα* δ 72
26 κρήνη μελάνυδρος,
ἥ τε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ Ι 14 sq.
27 νέες πάρα μιλτοπάρῃοι* ι 125
28 ἢ ῥα καὶ ἐν πρώτοις ἰάχων ἔχε μώνυχας ἵππους Τ 424
αὐτὰρ ὃ Πατρόκλῳ ἔφεπε κρατερώνυχας ἵππους Π 732
θρῆνυν·.. | .. ᾧ ῥ' ἔπεχεν λιπαροὺς πόδας εἰλαπινάζων ρ 410
29 Φοῖβος Ἀπόλλων* Α 43

VARIETAS LECTIONIS

20 ἠιόνος] εἰλαπίνης e. gr. Wachsmuth post 23 hiatum not. Kaibel 24 post ἐφίλει hiatum not. Meineke, post ἐξεπεφύκει Dindorf 25 πῖνας A κατὰ τρύβλια Wachsmuth: καὶ ἄμυλα A C, κατὰ δώματα ἠχ. Meineke, καὶ κογχύλι' ἠχ. Casaubonus, κατὰ κογχ. ἠχ. Stadtmueller 26 φυγότριχος A C, corr. Scaliger 26 hiatum not. Kaibel 29 τρώσας (τρώγειν C) ἵνα (om. in lacuna C) εἴασε Φ. A C, τρώσας μιν, ἄειρε δὲ Φ. dubitanter scripsi, τρώξας Schweighaeuser, τρῶσαί μιν, ἄασε δὲ Φ. Scaliger, τρώξας, ἀνένευε δὲ Φ. (cf. Ζ 311) Frider. Reuss, τρώσας· νεμέσησε δὲ Φ. (δέ μοι τόγ' praetulerim) Stadtmueller

ὡς ⟨δὲ⟩ ἴδον Στρατοκλῆ, κρατερὸν μήστωρα φόβοιο,
τρίγλης ἱπποδάμοιο κάρη μετὰ χερσὶν ἔχοντα, . . .
ἂψ δ' ἑλόμην χάρμῃ, λαιμὸν δ' ἄπληστον ἄμυξα.
ἦλθε δὲ Νηρῆος θυγάτηρ, Θέτις ἀργυρόπεζα,
σηπίη εὐπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα,
ἣ μόνη ἰχθὺς οὖσα τὸ λευκὸν καὶ μέλαν οἶδε.
καὶ Τιτυὸν εἶδον λίμνης, ἐρικυδέα γόγγρον,
κείμενον ἐν λοπάδεσσ'· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο τραπέζας.
τῷ δὲ μετ' ἴχνια βαῖνε θεὰ λευκώλενος ἰχθὺς
ἔγχελυς, ἣ Διὸς εὔχετ' ἐν ἀγκοίνῃσι μιγῆναι,
ἐκ Κωπῶν, ὅθεν ἐγχέλεων γένος ἀδροτεράων.

HOMERI DETORTI VERSVS

30 *κρατερὸν μήστωρα φόβοιο** Ζ 97
31 *Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο κάρη μετὰ χερσὶν ἔχουσα* Ω 724
*δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες** η 101
32 *τὴν ἂψ ἐκ χειρῶν ἕλετο κρείων Ἀγαμέμνων* Π 58
χάρμῃ Π 823 *σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις* Α 243
33 *ἀργυρόπεζα Θέτις, θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος* Α 538
τόφρα οἱ ἐγγύθεν ἦλθε θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα Σ 381
ἀλλά ἑ Νηρῆος θυγάτηρ, Θέτις ἀργυρόπεζα hymn. in Apoll. 141 [319]
34 *Κίρκη ἐυπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα* κ 136
36 sq. *καὶ Τιτυὸν εἶδον, Γαίης ἐρικυδέος υἱόν,*
κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα λ 576 sq.
38 *ὁ δ' ἔπειτα μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο* β 406
*θεὰ λευκώλενος Ἥρη** Α 55
39 *ἣ δὴ καὶ Διὸς εὔχετ' ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι* λ 261
γείνατ' ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλοιο μιγεῖσα λ 268
40 *ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων* Β 852

VARIETAS LECTIONIS

30 *δὲ* addidit Musurus 31 *κάρη* C: *κακῆς* A 35 *ἰχθῦς* A *οὖσα* omnes praeter Paessensium: *ἐοῦσα* AC 36 *καὶ ῥ' υἱὸν εἶδον* Meineke 37 *λοπάδι* C 40 *ἐκ Κωπῶν* Kaibel et ego, *ἐν κοιτῶν'* A, *ἐν κοιτῶν* C, *ἐκ κοιτῶν* E *ἀδροτεράων* Stadtmueller: *ἀγροτεράων* AC, *ἁβροτεράων* Meineke

παμμεγέθης· τὴν δ' οὔ κε δύ' ἀνέρες ἀθλητῆρες,
οἷοι ἄρ' Ἀστύαναξ τε καὶ Ἀντήνωρ ἐγένοντο,
ῥηιδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν·
τρισπίθαμοι γὰρ ταί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.
πολλὰ δ' ἄναντα κάταντα κατὰ στίχας ἦλθ' ὁ μάγειρος,
σείων ὀψοφόρους πίνακας κατὰ δεξιὸν ὦμον.
τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναι χύτραι ἕποντο·
αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίης λοπάδες τόσαι ἐστιχόωντο.
Ἶρις δ' ἄγγελος ἦλθε ποδήνεμος ὠκέα τευθίς,
πέρκη τ' ἀνθεσίχρως καὶ ὁ δημοτικὸς μελάνουρος,
ὃς καὶ θνητὸς ἐὼν ἕπετ' ἰχθύσιν ἀθανάτοισιν.

HOMERI DETORTI VERSVS

41 sqq. τὸν δ' οὔ κε δύ' ἀνέρε δήμου ἀρίστω
ῥηιδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν,
οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'· ὁ δέ μιν κτἑ. *M* 447 sqq.
οὐ γάρ που τοίους ἴδον ἀνέρας οὐδὲ ἴδωμαι,
οἷον Πειρίθοόν τε Δρύαντά τε κτἑ. *A* 262 sq.

44 sq. ἐννέωροι γὰρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι λ 311 sq.

46 sq. πολλὰ δ' ἄναντα κάταντα πάραντά τε δόχμιά τ' ἦλθον *Ψ* 116
ἀγχίμολόν ῥά οἱ ἦλθε κατὰ στίχας* *Π* 820
ἦλθεν Ἀχιλλεὺς
σείων Πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον *X* 131, 133
οἶκον ἐς ὑψόροφον* ε 42 al. κρειῶν πίνακας* π 49

48 τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο *B* 545

49 τοῖς δὲ τριήκοντα γλαφυραὶ νέες ἐστιχόωντο *B* 516

50 Τρωσὶν δ' ἄγγελος ἦλθε ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις *B* 786

52 ὃς καὶ θνητὸς ἐὼν ἕπεθ' ἵπποις ἀθανάτοισι *Π* 154

VARIETAS LECTIONIS

41 τὴν δ' scripsi: τὴν Kaibel, ἣν *AC* 46 στέγας *AC*, corr. Scaliger, στέγος Casaubonus 49 ἐπ' εὔβοιαν *A*, ἀπ' εὐβοίας *C*, correxi

οἵη δ' αὖ θύννου κεφαλὴ θαλαμηιάδαο
νόσφιν ἀφειστήκει, κεχολωμένη οὕνεκα κλειδῶν
αἰρομένων· τὸ δὲ πῆμα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι,
ῥίνη θ', ἣν φιλέουσι περισσῶς τέκτονες ἄνδρες,
τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος· ἦ γὰρ ἔγωγε
ἧς σαρκὸς δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.
ὀπταλέος δ' εἰσῆλθε πελώριος ἱππότα κεστρεύς,
οὐκ οἶος· ἅμα τῷ γε δυώδεκα σαργοὶ ἕποντο.
κυανόχρως δ' ἀμίας ἐπὶ τοῖς μέγας, ὅς τε θαλάσσης
πάσης βένθεα οἶδε, Ποσειδάωνος ὑποδμώς·
καρῖδές θ', αἳ Ζηνὸς Ὀλυμπίου εἰσὶν ἀοιδοί,
αἳ δὴ γήραϊ κυφαὶ ἔσαν, χρησταὶ δὲ πάσασθαι·

HOMERI DETORTI VERSVS

53 sq. *οἵη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο*
νόσφιν ἀφειστήκει, κεχολωμένη εἵνεκα νίκης *λ* 543 sq.
*Ἀχιλλῆος κεφαλῇ Πηληιάδαο** *λ* 557
54 sq. *οὐδὲ θανὼν λήσεσθαι ἐμοὶ χόλον* εἵνεκα τευχέων
οὐλομένων; τὰ δὲ πῆμα θεοὶ θέσαν Ἀργείοισιν *λ* 554 sq.
56 *τέκτονες ἄνδρες** Z 315
57 sq. *τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος· οὔ τοι ἔγωγε*
ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι *ι* 27 sq.
59 *πελώριος** *Γ* 229 al. *Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ** *B* 336
60 *οὐκ οἶος· ἅμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο* *β* 11
61 sq. *ἀθάνατος Πρωτεὺς Αἰγύπτιος, ὅς τε θαλάσσης*
πάσης βένθεα οἶδε, Ποσειδάωνος ὑποδμώς *δ* 385 sq.
63 *Τυνδαρίδας, οἳ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἐξεγένοντο* hymn. XVI 2
64 *ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην καὶ μυρία ᾔδη* *β* 16

VARIETAS LECTIONIS

53 *αὖ θυηκυνου κεφ. A*, corr. *C* 54 *εἵνεκα* Meineke *κλειδῶν* scripsi: *τευχέων AC* 56 *ρινην φιλ. A*, *ῥίνην τὴν φιλ. C*, *ῥίνη θ', ἣν* Meineke 57 *ἦ A*: *οὐ C* 59 *ὀπτανέος A*, corr. *C* 61 *ποσιδάωνος A* 64 *αι δη γαρ | ϊ κυφαι A*, *αἳ δὴ γὰρ ἰδεῖν φυὴν C*, corr. Paessens

χρύσοφρυς, ὃς κάλλιστος ἐν ἄλλοις ἵσταται ἰχθύς,
κάραβος, ἀστακὸς αὖτε λιλαίετο θωρήσσεσθαι
ἐν μακάρων δείπνοις. τοῖς δαιτυμόνες χέρ' ἐφέντες
ἐν στόμασίν ⟨τ'⟩ ἔθεσαν καὶ ἀπήγαγον ἄλλυδις ἄλλον.
τῶν δ' ἄρ' ἔλοψ κρείων δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν,
οὗ πλήρης περ ἐὼν κρατερῶς παλάμῃ ἐπορέχθην,
γεύσασθ' ἱμείρων· τὸ δέ γ' ἀμβροσίῃ μοι ἔδοξεν,
οἵην δαίνυνται μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες.
μύραιναν δ' ἐπέθηκε φέρων, τὸ κάλυμμα τραπέζης,
ζώνην θ', ἣν φορέεσκεν ἀγαλλομένη περὶ δειρήν,

HOMERI DETORTI VERSVS

65 ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ Χ 318
66 μάλα δ' ὦκα λιλαίεται ὀπτηθῆναι υ 27
λιλαίετο* Υ 76 θωρήσσεσθαι* Λ 715 al.
67 ἐν μακάρων νήσοισι* Hesiod. Opp. 171
ἀάπτους χεῖρας ἐφείω | Λ 567
68 ἐν στόματι προὔχουσιν* κ 90
ἀπεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλῃ* λ 385
Τρῶες δὲ διέτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος* Λ 486
69 τῶν μὲν ἄρ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευε Β 650
70 καὶ πεζός περ ἐών* Λ 721
ὠρέξατο χερσὶ φίλῃσιν Ψ 99
71 ψύχεος ἱμείρων* κ 555
72 τῷ ἔνι τέρπονται μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα ζ 46
μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες* ε 7
73 τὸν κατέθηκε φέρων πρὸς Τηλεμάχοιο τραπέζαν ρ 333
74 | μίτρης θ', ἣν ἐφόρει Δ 137
θώρηξ | χάλκεος, ὃν φορέεσκε* Ν 371 sq.
ἀγαλλόμενος, παρὰ νηῶν | Μ 114
παρὰ δειρήν* Μ 204
κυάνεοι δὲ δράκοντες ὀρωρέχατο προτὶ δειρήν Λ 26

VARIETAS LECTIONIS

65 ἄλλοις] ἔλλοῖς Stadtmueller 68 τ' addidit Meineke 70 κρατερᾷ mavult Meineke 72 οἵην Nauck, εἶναι ἣν AC δαίνυνται Moser: δαίονται C, δέονται A 73 προκάλυμμα Kaibel 74 fortasse ζώνῃ θ', ἣν φορέεσκεν, ἀγαλλομένην π. δ. δειρὴν C: δῆριν A, νείρην Meineke

εἰς λέχος ἡνίκ' ἔβαινε Δρακοντιάδῃ μεγαθύμῳ.
σάνδαλα δ' αὖ παρέθηκεν ἀειγενῆ ἀθανατάων,
βούγλωσσόν ⟨ϑ'⟩, ὃς ἔναιεν ἐν ἅλμῃ μορμυρούσῃ,
κίχλας ϑ' ἑξείης ἡβήτορας ὑψιπετήεις
καὶ πέτρας κάτα βοσκομένας, ὑάδας ϑ' ὑδατινούς.
ἐν δ' ἀναμὶξ φάγροι τε καὶ ἵππουροι γλάνιές τε,
μόρμυρος αὐτόϑ' ἔην, γαλέη, σπάρος· οὓς ὁ μάγειρος
σίζοντας παρέϑηκε φέρων, κνίσωσε δὲ δῶμα.
τῶν ἔλεγεν δαίνυσϑαι· ἐμοὶ δέ γε ϑηλυτεράων
εἶναι βρώματ' ἔδοξεν, ἐπεί ῥ' ὅρμαινον ἐπ' ἄλλα.

HOMERI DETORTI VERSVS

75 *ἐς δίφρον τ' ἀνέβαινε* γ 483 *ἡ δ' ἐς δίφρον ἔβαινεν** E 364
ἠὲ γυναῖχ', ἥ κέν τοι ὁμὸν λέχος εἰσαναβαίνοι Θ 291
76 *ϑεῶν ἀειγενετάων** B 400
ἀϑανάτοισι ϑεοῖς ἀειγενέτῃσιν β 432
77 *Ἠετίων, ὃς ἔναιεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ* Z 396
78 *κρῆναι δ' ἑξείης** ε 70
*αἰετὸς ὑψιπετήεις** X 308
*ἡγήτορες** B 79 al.
79 *ξύλοχον κάτα βοσκομενάων* | E 162
| *Πληιάδας ϑ' Ὑάδας τε* Σ 486
80 *ἐπιμὶξ ἵπποι τε καὶ ἄνδρες* | Ψ 242
*ἐπιμίξ** Ξ 60
81 | *μορμύρων* Φ 325
*οὓς ὁ γεραιός** Ω 279
82 cf. ad 73 | *κνισῆεν δέ τε δῶμα* κ 10
83 *γυναικῶν ϑηλυτεράων** λ 386

VARIETAS LECTIONIS

76 *παρέϑηκαν* A, fort. recte 77 *βουγλώσσων ὃς* A, *βούγλωσσος* C, corr. Meineke 78 *ϑ'* scripsi: *δ'* AC *ὑψιπετεῖς τε* Wilamowitz 79 *ϑυάδας ϑ'* AC, corr. Schweighaeuser 80 *σαργοί* AC, *φάγροι* vel *σαῦροι* Meineke 81 *ἄντα δ' ἦν μεγάλη* AC, *αὐτόϑ'* Stadtmueller, *ἄντα δ' ἔην*, *γαλέη* Scaliger *οὓς* C: *ἧς* A 83 *τῶν δ'* C 84 *ἐπεί ῥ'* Stadtmueller: *ἐπεὶ δ'* A, *ἐπὶ δ'* C *ὥρμαινον* C

κεῖτο δέ τις βατάνη, τῆς οὐδεὶς ἥπτετο δειπνῶν,
ἐν καλάθῳ, ὅθι περ λεπάδων διεφαίνετο χῶρος . . .
ἑξῆς κόσσυφος ἦλθε μόνος γεύσασθαι ἕτοιμος·
οὐ μὴν οὐδ' ἄρ' ἄθικτος ἔην, πόθεον δὲ καὶ ἄλλοι.
κωλῆν δ' ὡς εἶδον, ὡς ἔτρεμον· ἐν δὲ σίναπυ
κεῖτ' ἀγχοῦ γλυκὺ πνεῖον, ἀτὰρ χέρας οὐκ ἀπέρυκον.
γευσάμενος δ' ἔκλαιον, ὅτ' αὔριον οὐκ ἔτι ταῦτα
ὄψομαι, ἀλλά με δεῖ τυρῷ καὶ μάζῃ ὀτρηρῇ . . .
νηδὺς δ' οὐχ ὑπέμεινε· βιάζετο γάρ ῥ' ἀδέεσσι·

HOMERI DETORTI VERSVS

85 ἐμεῖο θεὰ Θέτις ἥψατο γούνων* Ο 76
86 ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος Κ 199
κεῖτο . . . | ἐν καθαρῷ, ὅθι* Ψ 60 sq.
87 πρῶτος γεύσεσθαι ἔμελλεν | φ 98
88 οὐδὲ μὲν οὐδ' οἳ ἄναρχοι ἔσαν, πόθεόν γε μὲν ἀρχόν Β 703
τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι* Η 112
89 ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν Ξ 294
οὐδέ τις ἔτλη
ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος· ἐν δέ οἱ ὄσσε Τ 14 sqq.
91 μνησάμενοι δὴ ἔπειτα φίλους ἔκλαιον ἑταίρους
οὓς ἔφαγε Σκύλλη μ 309 sq.
93 Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε· βιάζετο γὰρ βελέεσσιν·

VARIETAS LECTIONIS

85 βατάνης οὐδ. A, βατὶς οὐδ. C, βατάνη, τῆς Meineke δείπνωι A, δείπνω superscr. σν C, corr. Meineke 86 καλάθῳ Wachsmuth: καθαρῷ AC; an ταλάρῳ (δ 131)? λεπάδων Wachsmuth: λοπάδων AC fortasse σωρός Wachsmuth hiatum notavit Meineke 87 μόνος suspectum 89 δ' εἰσϊδον πῶς ἔτρεμεν AC, corr. Scaliger 90 ἀγχοῦ] ἄγγει Stadtmueller πλείονα χρυσὸς ὤν ἀπερύκων AC, πνεῖον Meineke, cetera corr. Wachsmuth 92 τυρωδει A, δεῖ τυρῷ Kaibel hiatum notavit Scaliger 93 νηλης AC, corr. Paessens ῥαδέεσσι AC, distinxi, γὰρ ἀδέεσσι Kaibel, ῥ' ἀχέεσσι Ribbeck Mus. Rh. XXXIII p. 300, βαρέεσσι Stadtmueller

δάμνα μιν ζωμός τε μέλας ἀκροκώλιά θ' ἑφθά.
παῖς δέ τις ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν τρισκαίδεκα νήσσας,
λίμνης ἐξ ἱερῆς, μάλα πίονας, ἃς ὁ μάγειρος
θῆκε φέρων, ἵν' Ἀθηναίων κατέκειντο φάλαγγες.
Χαιρεφόων δ' ἐνόησεν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω
ὄρνιθας γνῶναι καὶ ἐναίσιμα σιτίζεσθαι.
ἤσθιε δ' ὥστε λέων, παλάμῃ δ' ἔχε τὸ σκέλος ἀμνοῦ,
ὄφρα οἱ οἴκαδ' ἰόντι πάλιν ποτιδόρπιον εἴη ...
χόνδρος δ' ἡδυπρόσωπος, ὃν Ἥφαιστος κάμεν ἕψων
Ἀττικῷ ἐν κεράμῳ πέσσων τρισκαίδεκα μῆνας.
αὐτὰρ ἐπεὶ δόρποιο μελίφρονος ἐξ ἔρον ἕντο,
χεῖρας νιψαμένοισιν ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων

HOMERI DETORTI VERSVS

94 *δάμνα μιν Ζηνός τε νόος καὶ Τρῶες ἀγανοί Π* 102 sq.
95, 97 *Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας·*
στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες Β 557 sq.
96 *λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι· πὰρ δέ οἱ ἄλλοι*
ναῖον Βοιωτοὶ μάλα πίονα δῆμον ἔχοντες Ε 709 sq.
98 *οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω Α* 343
99 *ὄρνιθας γνῶναι καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι β* 159
100 *ἤσθιε δ' ὥστε λέων ὀρεσίτροφος οὐδ' ἀπέλειπεν ι* 292
παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος α* 104
101 *ὤπασαν οἴκαδ' ἰόντι* ν* 121
ὄφρα οἱ εἴη
πινέμεν αἰνομένῳ καί οἱ ποτιδόρπιον εἴη ι 248 sq.
102 *δαιδάλεον θώρηκα, τὸν Ἥφαιστος κάμε τεύχων Θ* 195
103 *χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας Ε* 387
104 *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο Α* 469 al.
οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σίτοιο μελίφρονος ἐξ ἔρον ἕντο ω 489
105 | *χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλός β* 261
ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων Τ* 1
ἔνιψ' ὕδατος καλῇσι ῥοῇσι Π 229

VARIETAS LECTIONIS

95 *τρεισκαίδεκα A*, corr. *C* 100 *ἀμνοῦ* Wachsmuth: *αὐτοῦ AC* 103 *πέσσων* scripsi: *πέττων AC* *τρεισκαίδεκα A*, corr. *C* *τρισκαίδεκ' ἄμητας* Kaibel

ὡραῖος παῖς ἦλθε φέρων μύρον ἴρινον ἡδύ·
ἄλλος δ' αὖ στεφάνους ἐπὶ δεξιὰ πᾶσιν ἔδωκεν,
οἳ ῥόδον ἀμφεπλέκοντο διάνδιχα κοσμηθέντες.
κρητὴρ δὲ Βρομίου ἐκεράννυτο· πίνετο δ' οἶνος
Λέσβιος, οὗ δὴ πλεῖστον ἀνὴρ ὑπὲρ ἄνδρα πεπώκει.
δεύτεραι αὖτε τράπεζαι ἐφωπλίζοντο γέμουσαι·
ἐν δ' αὐταῖσιν ἐπῆν ἄπιοι καὶ πίονα μῆλα,
ῥοιαί τε σταφυλαί τε, θεοῦ Βρομίοιο τιθῆναι,
πρόσφατοι, ἥν θ' ἁμάμαξυν ἐπίκλησιν καλέουσιν.
τῶν δ' ἐγὼ οὐδενὸς ἧσθον ἁπλῶς, μεστὸς δ' ἀνεκείμην.
ὡς δὲ ἴδον ξανθόν, γλυκερόν, μέγαν, εὔκυκλον, ἁβρὸν

HOMERI DETORTI VERSVS

106 *Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠύτε πύργον* Η 219
107 *ἐνδέξια πᾶσιν* | Α 597
κῆρυξ δὲ φέρων .. | δεῖξ' ἐνδέξια πᾶσιν* Η 183 sq.
ὄρνυσθ' ἑξείης ἐπιδέξια πάντες ἑταῖροι | φ 141
108 *οἳ Ῥόδον ἀμφενέμοντο διὰ τρίχα κοσμηθέντες* Β 655
*διάνδιχα** Α 189 al.
109 *κρητῆρα κερασσάμενος* η 179
*ἔνθα δὲ πολλὸν μὲν μέθυ πίνετο** ι 45
ἥπτετο, πῖπτε δὲ λαός | Λ 85
110 *ἀνὴρ δ' ἄνδρ' ἐδνοπάλιζε* | Δ 472
111 *δεύτερος αὖτ' Ἀχιλεύς** Τ 273
δόρπον ἐφοπλίσσαντες ἕκαστοι | Ψ 55
112 *πίονα μῆλα** Μ 319 al.
113 *Διωνύσοιο τιθήνας** Ζ 132
114 *Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν* ε 273
116 sq. *ξανθὴ Δημήτηρ* Ε 500
πασάμην Δημήτερος ἀκτήν Φ 76

VARIETAS LECTIONIS

106 *ἥρινον* A, corr. Casaubonus 108 Fortasse *ῥόδιν' ἀμφ.* Kaibel an *διὰ τρίχα* (*θρίξ*)? 114 *πρόσφατος* AC, correxit Heinsius, hiatum ante v. 114 statuit Meineke 116 *εὔκυκλον* scripsi: *ἔγκυκλον* AC *ἁβρὸν* scripsi (cf. Archestr. fr. IV 18): *ἄνδρες* AC, *ἁγνῆς* Meineke, *ἀκτῆς* W. Ribbeck, *ἁδρὸν* Iacobs

Δήμητρος παῖδ' ὀπτὸν ἐπεισελθόντα πλακοῦντα,
πῶς ἂν ἔπειτα πλακοῦντος ἐγὼ θείου ἀπεχοίμην; ...
οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν χεῖρες, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
γαστὴρ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.
πόρναι δ' εἰσῆλθον, κοῦραι δύο θαυματοποιοί,
ἃς Στρατοκλῆς ἤλαυνε ποδώκεας ὄρνιθας ὥς.

HOMERI DETORTI VERSVS

118 *πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;* Κ 243, α 65
119 sqq. *οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,*
φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη,
εἰ μὴ Ὀλυμπιάδες Μοῦσαι, Διὸς αἰγιόχοιο
θυγατέρες κτἕ. Β 489 sqq.
121 *Μοῦσαι ἀείδοιεν, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο* Β 598
122 *τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε ποδώκεας ὄρνιθας ὥς* Β 764

VARIETAS LECTIONIS

118 hiatum notavit Meineke 119 *χείλη* pro *χεῖρας* Eustath. 261, 41 121 *πόρναι δύο* A, corr. C

COMMENTARIVS

V. 1 affert Eustath. p. 1382, 61. **V. 2.** De Xenocle vide supra p. 57. **V. 3** *καὶ κεῖσε* ζ 164 vulgo, *κἀκεῖσε* multi libri (Nauck), quod Matro quoque legit. **V. 4** sq. Cf. Archestr. fr. IV 16 et 6 *λευκότερ' αἰθερίας χιόνος*, ubi vide adnotata. De amylis cf. Chrysipp. Tyan. ap. Ath. XIV 647 f et Plin. H. N. XVIII § 76 sq. Dicitur aut *ἄμυλος* (scil. *ἄρτος*) aut *ἄμυλον* (scil. *ἄλευρον*), quam ob rem recte videtur Kaibelius post v. 5 hiatum indicasse collato etiam fr. II 6, *μαζῶν* vel tale quid intellegens. **V. 6** Boreae mentionem Casaubonus explicare studebat ex Hesychii glossa: *Βορεασμοί· Ἀθήνησιν οἱ ἄγοντες τῷ Βορέᾳ ἑορτὰς καὶ θοίναν, ἵνα ἄνατοι* (sic Stadtmuellerus [vel *ἀνατεὶ*], *ἄνοτοι*

Musurus, *ἄνετοι* Phavorinus, *ἄνοσοι* Meinekius) *πλέωσιν* (traditum est *πνέωσιν*); sed nihil ex Borealibus illis ad hunc locum illustrandum effici potest. Meinekio prorsus inepta Boreae mentio videbatur atque illata ex exemplo homerico quod subscripsi; quare collato fr. II v. 6 coniecit *τάων καὶ γαστὴρ ἠράσσατο.* Sed neque coniunctio *καὶ* quadrat et consulto ubique Matro deorum nomina captat. Potuit igitur Boream ex Homeri exemplo simpliciter inducere ut deum, cf. Archestr. IV 6 sq., quem Matro saepius imitatur. (Similiter heroem inducit Eubulus ap. Ath. II 47 b; II 167 Kock: *Ζῆθον μὲν ἐλθόνθ' ἁγνὸν ἐς Θήβης πέδον | οἰκεῖν κελεύει· καὶ γὰρ ἀξιωτέρους | πωλοῦσιν, ὡς ἔοικεν, τοὺς ἄρτους ἐκεῖ.*) Sed rectius iam Kaibelius iudicaverat pro Borea hominis nomen fuisse appositum, quod nunc Wachsmuthius restituit Dromeae, clarissimi parasiti, epularum potissimum 'prooemiorum', de quibus hic agitur, gnarissimi aestimatoris, cf. Ath. IV 132 c. **V. 7.** De ipso Chaerephonte Alexis ap. Ath. IV 165 a; II 374 Kock: *ἐπὶ δεῖπνον εἰς Κόρινθον ἐλθὼν Χαιρεφῶν | ἄκλητος· ἤδη γὰρ πέτεται διαπόντιος· | οὕτω τι τἀλλότρι' ἐσθίειν ἐστὶ γλυκύ.* Item *τἀλλότρια δειπνεῖν* Theopompus ap. Ath. IV 165 b; I 743 Kock (cf. Eurip. fr. 886 Dind.) et Eubulus ap. Ath. VI 239 a; II 189 Kock. Idem ap. Ath. III 113 f; II 212 Kock: *ἀνόσιοι λάρυγγες, ἀλλοτρίων κτεάνων παραδειπνίδες.* Sophocl. in Cedalione (Ath. IV 164 a; fr. 309 Dind.) *μαστιγίαι, κέντρωνες, ἀλλοτριοφάγοι.* **V. 9.** '*Λάρος* avis saepe apud Aristophanem (Equ. 956, Nub. 591, Av. 567) gulae aviditatis imago; quam ob rem etiam Herculi nimirum *ἀδηφάγῳ* attribuitur teste Ath. X 411 c; cf. Kockium ad Arist. Av. 567'. Wachsmuthius. **V. 11** Meinekio videbatur fortasse scribendum *τοῖς δὲ* indicato ante plurium versuum hiatu; desiderabat enim ceterorum convivarum nomina. Sed rectius cum Stadtmuellero restituitur *τέως*. **V. 12** non ausus sum ex *E* 750

auctore Schweighaeusero reponere *ἐπιτέτραπται* pro *ἐπιτετράφαται*, quod illi videbatur ex *B* 25 et 62 (*ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται*) huc falso illatum esse. Nam et rectissime docet Meinekius Anal. Alex. p. 158, Euphorionem *φλεγεθοίατο* (Schol. ad *Ψ* 197), Callimachum *παρείατο* (Crameri Anecd. I p. 373), Aratum Diosem. 716 *ῥηγνύατο* dixisse *ἑνικῶς*, et illo ipso Iliadis loco quem detorquet (*E* 750) Matro fortasse legit *ἐπιτετράφαται*, etsi eius lectionis librorum vestigia nunc evanuerunt. **V. 13** scripsi *ἀναθεῖναι*, quod proxime accedit ad *ἐπιθεῖναι* *E* 751; legitur *ἀνατιθέναι* cum notione differendi, ut posteriores omittam scriptores, apud Soph. Ai. 476 et Plat. Leg. XI 935e. **V. 16.** '*Ὄστρεα* in prooemiis apposita esse docet Ath. IV 132c'. Wachsmuthius. **V. 17.** In initio epularum salsamenta appositos esse praeter ipsam Dipnosophistarum dispositionem III 116a sqq. docet ibidem Euthydemus Hesiodum ementitus: *Γαδειρόθεν ἄξει* | *Βρέττιος ἢ Καμπανὸς ἢ ἐκ ζαθέοιο Τάραντος* | *ὀρκύνοιο τρίγωνα, τά τ' ἐν στάμνοισι τεθέντα* | *ἀμφαλλὰξ δείπνοισιν ἐνὶ πρώτοισιν ὀπηδεῖ.* V. 17 simillimus est locus Archestr. fr. XXXVIII 3 *σαπέρδῃ δ' ἐνέπω κλαίειν μακρά, Ποντικῷ ὄψῳ,* quem vix Matro potuit non in animo habere. Unde Kaibelius etiam apud Matronem restituendum iudicat *χαίρειν μακρά, Ποντικὸν ὄψον,* 'nisi forte salsamenta Gaditana intellegas' (*Γαδειρικὸν τάριχος* Ath. III 118d e; cf. Euthydemi fragmentum modo adlatum). Qua in interpretatione acquiescere poteris; sed fortasse Phoenices salsamenta illa non tam in deliciis quam in necessariis habuisse dicuntur, ut qui navigantes coacti fuerint carne sale indurata vesci. Quod opsonium qua de causa minus probatum fuerit, colligi potest ex Diphili Siphnii verbis ap. Ath. III 121b: *τὸ δὲ ὠμοτάριχον . . ἐστὶ βαρὺ καὶ γλοιῶδες, προσέτι δὲ καὶ δύσπεπτον.* **V. 18.** De echinis Aristot. H. A. IV 5: *ἔστι δὲ γένη πλείω τῶν ἐχίνων, ἓν μὲν τὸ ἐσθιόμενον· τοῦτο*

δ' ἐστὶν ἐν ᾧ τὰ καλούμενα ᾠὰ μεγάλα ἐγγίνεται καὶ ἐδώδιμα. Vide lepidam narratiunculam ap. Ath. III 91 c de Lacone quodam qui illius cibi inscius echinum σὺν τῷ κελύφει ori imposuerit; quae simplicitas Matroni certe imputari nequit: abiecit quod non magni faciebat. Dictum enim est ῥῖψε ut ap. Laert. Diog. VI 55 de Diogene cynico legimus ἀριστῶν ἐλάας, πλακοῦντος εἰσενεχθέντος, ῥίψας φησίν· ὦ ξένε, τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο, καὶ ἄλλοτε· μάστιξεν δ' ἐλάαν notum illud homericum ingeniosissime detorquens. Sicut vero Diogeni placenta, ita Matroni apua quae iam afferebatur (v. 22) dignior visa est cui operam daret. Ex **v. 20**, quem unum, ut nunc res se habet, Matro probum et integrum ex Homero excerpsit, discere videmur convivium in ipso maris litore fuisse (cf. ad v. 105); quod credi vix potest, licet huic interpretationi non repugnent verba ἐν Ἀθήναις (v. 2), si cum Schweighaeusero prope portum cenam apparatam fuisse statuimus (sic Archestratus fr. IX postquam apuam omnem iussit respui πλὴν τὴν ἐν Ἀθήναις, adiungit capiendam illam esse ἐν εὐκόλποιο Φαλήρου ἀγκῶσιν). Recte enim iudicat Paessensius non posse concedi Matronem adeo sibi ipsum non constitisse, ut versum homericum incorruptum mutuaretur, neque magis mihi poetae facetiae ut oblitteratae videbantur, ita quo modo recuperandae essent liquebat. Nunc subsidio venit Wachsmuthius, cuius verba ipsa apponam: 'Die Seeigel werden durchs Fenster auf die Strasse geworfen: dort stürzt sich die Schaar der Gassenbuben darüber her; das wird mit dem Branden der Wogen am Gestade verglichen: κύματα ἀνδρῶν und ähnlich sagt man ja auch sonst von wogenden Menschenmassen. Das muss der Sinn sein; die Herstellung ist zweifelhaft.' (εἰλαπίνης e. gr. positum est.) Aliam post Wachsmuthium viam ingreditur Stadtmuellerus: ἐν δαπέδῳ (vel προθύρῳ), ὅθι λύματ' ἀπ' ἠίων κλύζεσκεν (vel ἀπ' ἤων προσκλύζεσκεν) 'in solo' (vel 'ante fores')

'quo sordes i. e. res abiectae e convivio mittebantur, ut fluctuum instar adluerent'. Ceterum hic versus ex parte confirmat Veneti scripturam Ψ 61: *ἐπ' ἠιόνος A* (*ἐπ' ἠιόνας* Vrat. duo), *κλύζεσκον* supra o script. ε *A*, adscripto in margine *διχ[ῶς]*. Scripturam *κλύζεσκεν* habent liber *C* Larochii, Harleianus, Eust. 1287, 26. **V. 21.** Pueri echinos a Matrone proiectos spinis extractis comedunt. **V. 22** apua Phalerica laudatur ab Archestr. fr. IX, Machone ap. Ath. VI 244 c, Eubulo ap. Ath. III 108 b; II 190 Kock (*φαληρικὴ κόρη*), Sotade III 508 Mein.; erat enim aliunde captis maior, ut testatur scholiasta Aristoph. Equ. 642. Tritonis amica apua appellatur, sicut ipsae meretrices apuarum cognomine gaudebant, cf. Ath. XIII 586 b: *ἑταιρῶν ἐπωνυμία αἱ ἀφύαι, περὶ ὧν Ἀπολλόδωρός φησι (ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων) 'Σταγόνιον καὶ Ἄνθις ἀδελφαί. αὗται ἀφύαι ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ λευκαὶ καὶ λεπταὶ οὖσαι τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον'. Ἀντιφάνης δ' ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν Νικοστρατίδα φησὶν ἀφύην κληθῆναι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν.* Cf. Bekk. An. p. 203, 15 et Suidas s. v. *Ἀφύας*. Itaque magni apuarum oculi veteribus maxime conspicui erant nimirum vivarum atque recentium, sed ut scis piscium assorum coctorumve oculi lumine ac nitore amisso flaccescunt ut velati quoddammodo videantur esse: huc spectare videntur verba v. 23 *ῥυπαρὰ κρήδεμνα*; quae quominus ad nimiam pinguedinem referantur qua unctae apponi mensis apuae solebant, obstat is ipse locus Aristophanis ap. Ath. III 96 c (I 522 Kock), ad quem provocant: *ἅλις ἀφύης μοι· παρατέταμαι γὰρ τὰ λιπαρὰ κάπτων* [Dobraeus illud ipsum *λιπαρά* Matroni restituendum esse putavit]. Ad nostram autem sententiam confirmandam valet Hicesii locus ap. Ath. VII 285 b: *τῆς ἀφύης ἡ μὲν λευκὴ καὶ λίαν λεπτὴ καὶ ἀφρώδης . ., ἡ δὲ ῥυπαρωτέρα ταύτης καὶ ἁδροτέρα.* **V. 24.** Conclamatus est hic versus, quem Kaibelius quoque negat aut suo loco aut sine vitio traditum esse;

quamquam verba satis sustinentur homericis exemplis. Polyphemus Neptuno et Thoosa nympha natus est, Phorcynis filia, unde fortasse aliqua ratio quae inter illum et maris incolas intercederet, excogitari posset, nisi convivae significatio sub Cyclopis nomine latere videretur. **V. 25** mendum gravissimum *καὶ ἄμυλα ἠχήεντα*, cui fortius remedium attulit Meinekii coniectura *κατὰ δώματα ἠχήεντα*; praepositio *κατά* Kaibelio quoque certa videtur nec *δώματα* festivitate carerent, si intellegerentur conchyliorum domus, testae, quorum cavernae sonum illum edere solent. Haec sententia recuperatur si scribitur *κατὰ κογχύλι' ἠχήεντα*, etenim *κογχύλια* etiam testas concharum significare constat (Herod. II 12). Nunc cum Wachsmuthio scripsi *κατὰ τρύβλια*, quae *ἠχήεντα* appellari possunt quippe quae aenea sint. **V. 26** Meinekius cui epitheton *λευκόν* aquae marinae non satis aptum videbatur, proposuit *ἁλυκόν*, sed colorem album opponit Matro atro colori exempli homerici I 14; ceterum cf. hymn. XXXIII 15 *λευκῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι*. Post v. 26 non nulla excidisse videntur. **V. 27** *χονδροφυής* est alicae similis; inter *σελάχη* (cartilaginea, 'Knorpelfische') refertur *ψῆττα* ab Aristotele *ἐν τῷ περὶ ζωικῶν* (Ath. VII 330 a, p. 295 R). Cf. infra praef. ad Archestr. Epitheton *μιλτοπάρηος* (cf. Eustath. 310, 30) alludit ad purpureum mulli colorem: similiter Cratinus *ἐρυθρόχρων τρίγλην* I 80 Kock, Nausicrates *αἱ ξανθόχρωτες* IV 575 Mein., Opp. Hal. 130 *τριγλῆς ῥοδόχροα φῦλα*, Ovid. Hal. 123 'suffuso sanguine mullus'. **V. 28** videtur Matro eam sequi lectionem Iliadis *Π* 732 quam habent Larochii libri *G L* (*ἔπεχε*; item in *A*: *ἐν ἄλλῳ ἔπεχε*); ceteri *ἔφεπε*. Sed cf. etiam *Τ* 24. Nolui denique celare lectorem locum Odysseae *ρ* 410 quem Kaibelius dubitanter adiecit; in tanta enim Matronis carminum homericorum cognitione quis praefracte neget illum quoque versum parodo obversatum esse

(cf. *λιπαροὺς πόδας* et *κρατερώνυχα χεῖρα*)? **V. 29** adhuc certam desiderat emendationem; Scaligeri enim coniectura *ἅασε δὲ Φ. Ἀ.* vix cuiquam suffecerit. Nego enim sic dici posse omisso obiecto *ἐμέ* vel *μέ* nec prorsus convenit sententiae. Nec magis placet Peltzeri coniectura *ἔασεν Φ. Ἀ.*, quae ne loco quidem § 443 potest defendi *θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει.* Paessensius collato *I* 564 *ὅτε μιν ἑκάεργος ἀνήρπασε Φοῖβος Ἀπόλλων* hoc quoque loco pro *εἴασε* coniecit *ἀνήρπασε* nulla litterarum similitudine adiutus. Mihi locus ille clarissimus remedium habere videtur quo Iovis iussu Apollo narratur Sarpedonem mortuum ex acie sustulisse, *Π* 678 *αὐτίκα δ' ἐκ βελέων Σαρπηδόνα δῖον ἀείρας κτἑ.* cf. *P* 588, *Ω* 583. Itaque scripsi *ἄειρε δὲ Φ. Ἀ.*, sed ita ut dei nomine unum e convivis significari existimarem. **V. 31.** Adscribendum est Matronis Iliadis exemplar eorum numero quae *Ω* 724 *ἱπποδάμοιο* habent pro *ἀνδροφόνοιο* (*DL*, Pap., Vrat. *b*, *A* Larochii), quod Kaibelius quoque advertit. *Ἱπποδάμοιο*: 'generosiores pisces festive ut nobiles equites inducit'. Schweighaeuserus. Certamen quod poeta cum Stratocle se habuisse fingit, sic quidam interpretati sunt: cum appositi essent rhombus et mullus, priorem Matro aggressus est, sed abripuit Apollo; iam se in Stratoclem convertit mulli caput manibus tenentem nimirum manducantem, quod ex ipso ore eripiens guttur illius insatiabile laesit. Sed *τῇ δὲ* (v. 28) non potest referri ad priorem *ψῆτταν*, immo referendum est ad *τρίγλην*. Deinde pro *τρίγλης* nomine (v. 31) alterius piscis mentionem requiro, cuius caput in deliciis habebatur, id quod de mullo minime constat. Denique inter v. 31 et 32 hiat oratio. **V. 33** sq. Summus sepiae tribuitur honor Thetidis cognomine; quanto enim in pretio fuerit docet Eriphi fr. ap. Ath. VII 302 e; II 429 Kock: *ταῦτα γὰρ οἱ πένητες οὐκ ἔχοντες ἀγοράσαι | . . . οὐδὲ σηπίας, ἃς οὐδὲ μάκαρας ὑπερ-*

ὁρᾶν οἶμαι θεούς. Epitheta ἀργυρόπεζα et ἐυπλόκαμος (sic enim fortasse scribendum ut legatur σηπίη 'υπλόκαμος) meruit sepia cirris quibus venatur, qui a Romanis quoque crines appellabantur, cf. Plin. N. H. IX 86 de polypo. In altero epitheto praeivit Philoxenus in Cenae fr. ap. Ath. IV 147 b σηπιοπουλυποδείων ἁπαλοπλοκάμων. Adhuc nondum satis explanatum erat quid sibi velit αὐδήεσσα epitheton eo mirabilius, quod cetera aquatilia ἄναυδα esse solent. Pertinet ad stridorem quem mittit sepia capta, cf. 'Brehms Thierleben' ed. mai. part. IV tom. 2 p. 206: 'ausser Wasser stirbt die Sepie sehr schnell. Wenn man sie anfasst, lässt sie ein sehr vernehmliches Zähneknirschen hören, auch bläst sie ausser Wasser sehr heftig Luft durch den Trichter.' Priores interpretes Apionis inventum amplectebantur qui αὐδήεσσα explicavit ὀνομαστὴ καὶ ἔνδοξος οἷον αὐδωμένη (E. M. 169, 10; Eust. 1651, 48; schol. ε 334). **V. 35.** In proverbio fuit Graecis ὅστις οἶδε τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν vel εἴ τις οἶδε τὸ λευκὸν ἢ τὸ μέλαν: παροιμία ἐπὶ τῶν πάνυ φανερῶν (Schol. Arist. Equ. 1276), quod facete ad sepiam refertur ut quae ipsa alba atramento effuso infuscata aqua abscondatur. Cf. imprimis Ovid. Hal. 131 sq. 'et nigrum niveo portans in corpore virus lolligo'. Iure fortasse Paessensius librorum scripturam ἰχθὺς ἐοῦσα (ἰχθὺς οὖσα ceteri editores omnes) tuetur locis homericis *T* 97 Ἥρη θῆλυς ἐοῦσα*, *Ψ* 409 Αἴθη θῆλυς ἐοῦσα*, quibus adde *O* 619 ἐγγὺς ἐοῦσα; contra quos nihil valet unus Homeri locus *Φ* 127, quo ultima syllaba vocis ἰχθύς in thesi primi pedis producitur. Accedit quod forma οὖσα ab Homero aliena est praeter unum Odysseae librum τ, ubi v. 489 οὔσης legitur ('forma novicia' adnotat Nauckius). **V. 36** sq. Τιτυὸς λίμνης appellatur conger ut opponatur alteri illi Tityo, Gaeae filio. Neque enim nomen Tityi omnino mutari potest (Meinekius collato fr. III proposuerat καί ῥ' υἱὸν εἶδον λ.), cum Matro deorum semi-

deorum heroum nominibus Cenam suam largiter exornare studeat; Tityus generaliter dictum est pro gigante, atque respondet nostro 'Seeriese'. De ingenti magnitudine congri cf. Ath. VII 288 c: *Εὔδοξος δ' ἐν ἕκτῳ Γῆς περιόδου γόγγρους φησὶ πολλοὺς ἀνδραχθεῖς ἐν Σικυῶνι ἁλίσκεσθαι· ὧν ἐνίους εἶναι καὶ ἁμαξιαίους.* Ceterum cf. fr. III. **V. 38** sqq. Dea nominatur anguilla propter summam epulonum aestimationem: Eubulus in Ione ap. Ath. VII 300 c; II 186 Kock: *Βοιώτιαι παρῆσαν ἐγχέλεις θεαί*, idem in Medea (II 177 Kock) *παρθένου Βοιωτίας | Κωπᾴδος· ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεάν*, Antiphanes ap. Ath. VII 299 e; II 71 Kock *κωμῳδῶν τοὺς Αἰγυπτίους* dicit: *τά τ' ἄλλα δεινούς φασι τοὺς Αἰγυπτίους | εἶναι τὸ νομίσαι τ' ἰσόθεον τὴν ἔγχελυν.* Cf. etiam Archestr. VIII 7 sqq. Epitheton *λευκώλενος* miro errore Peltzerus et Paessensius referunt ad *λεπτὰ βράγχια* collato Athenaeo VII 298 b: immo cute detracta anguilla candido brachio similis est; ab Eubulo ap. Ath. VII 300 b *λευκόχρως* appellatur. Anguillarum generatio et veteribus ignota nec nostris temporibus nisi nuperrime observata (cf. 'Illustr. Zeitung' 1887 num. 2298 p. 62) variarum fabularum ansam dedit. Vulgaris Graecorum opinio, quae Aristoteli quoque placuit, usque ad hanc aetatem propagata haec erat, nasci anguillas *ἐν τῷ βορβόρῳ καὶ τῇ ἰλύι σήψεως γινομένης* (Ath. VII 298 c, Aristot. H. N. VI 16, 1); quod vero amplexibus Iovis fructam esse anguillam fabulatur, eam parodus fortasse opinionem sequitur, qua Iove pluvio opus esse ad generandas nutriendasque anguillas putabant, cf. Arist. l. l. *γίνονται . ., ὅταν ὕδωρ γένηται ὄμβριον*, et iterum: *καὶ γὰρ ζῶσι καὶ τρέφονται ὀμβρίῳ ὕδατι*; cf. etiam Matronis fr. II *Διὸς παῖς ἄσπετος ὄμβρος.* Porro anguilla *παρθένος* appellatur ab Eubulo (Ath. 300 c), eidem ibidem *νύμφα ἀπειρόγαμος.* Itaque Danaes quoque fabulae ratione habita potuit Matro sua excogitare. Muraenae cum serpentibus coire putabantur,

cf. Ath. VII 312 de. **V. 40.** Iamdudum inveneram emendationem certissimam *ἐκ Κωπῶν*, quam nunc occupaverunt Wilamowitzius et Kaibelius; anguillae enim ex Copaide palude ortae tam famosae erant, ut etiam simpliciter *Κωπᾷδες* appellarentur, cf. Arist. Pac. 1005, Stratt. ap. Ath. VII 327 e; I 724 Kock, Antiph. ap. Ath. VII 303 f; II 63 Kock. Illas vero maximas fuisse miraque crassitudine testantur Dorio ap. Ath. VII 297 c (*Δορίων . . τὰς Κωπαΐδας ἐπαινεῖ, γίνονται δ' αὗται ὑπερμεγέθεις*) et Archestr. fr. VIII 6 sq. (*μεγάλαι τε γάρ εἰσι | καὶ τὸ πάχος θαυμασταί*). Unde etiam pro *ἀγροτεράων* quod apta caret explicatione, cum Stadtmuellero *ἁδροτεράων* scribendum erat. Quod autem Peltzerus dicit, anguillas *ἀγροτέρας* appellari quod saepe in agros prodeant et frugibus vescantur, nihil tale innotuit veteribus; est enim fabula quam primus Albertus Magnus protulit, cf. 'Brehms Thierleben' III tom. II p. 324. **V. 41** sqq. obscuriores parodi facetias ingeniose aperuit Meinekius. Nam neque Astyanactem Hectoris filium, qui puer occubuisset, neque Antenorem Troianum, cuius sapientiam Homerus, eloquentiam Euripides praedicaret, in robustorum virorum posse numero haberi; immo Astyanactem intellegendum esse Milesium, de quo schol. Theocr. IV 34: *φασὶ γὰρ τοῦτον Ἴσθμια νικήσαντα καὶ οἴκοι παραγενόμενον ἐκ τῆς ἰδίας ἀγέλης τοῦ μεγίστου λαβέσθαι βοὸς καὶ μὴ ἀνεῖναι ἕως ὁ ταῦρος ἐλευθερῶν τὸ σῶμα τῇ βίᾳ κατέλιπε τὴν ὁπλὴν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ*, Syncellus p. 274 d (p. 521 Bonn.): *Ἀστυάναξ Μιλήσιος τὸ παγκράτιον νικᾷ τρίτον. οὗτος δὲ καὶ ἓξ ἀνδρῶν σιτία κατήσθιεν.* (Eiusdem nomen oblitteratum Meinekius restituit apud Ath. X 413 a et apud Photium Bibl. p. 83, 40.) Antenorem vero eundem esse de quo Eusebii Chron. ad Olymp. CXVIII (p. 205 sq. Schoene): *Ἀντήνωρ Ἀθηναῖος ἢ Μιλήσιος, παγκράτιον, ἀκόντιον περιοδονίκης*, et quem cum Leontisco pancratiasta commemoraret Macho ap. Ath. XIII p. 578 f.

V. 44. *Τρισπίθαμοι* ex Hesiodi Op. 428 desumptum est. V. 44 sqq. ad anguillas Copaides referendi sunt, quamquam exemplum homericum ad duos homines spectat Aloidas, Otum et Ephialtem. Rariorem Homeridarum usum Matronem non ignorasse suspiceris propter numerum dualem *γενέσθην* ex λ 312 ascitum: dualis enim pro plurali positus est hymn. Ap. 456, 487, 499. **V. 46** Casauboni coniectura *κατὰ στέγος* nihil habet festivitatis, qua *κατὰ στίχας* si scribis convivarum ordines cum acie comparantur. **V. 49** *ἀπ' Εὐβοίας λοπάδες*: patinas Carystias intellegendas esse observavit Casaubonus collato Antiphane ap. Ath. IV 169e f (II 85 Kock): *Καρύστου θρέμμα, γηγενής, ζέων. — κάκκαβον λέγω. σὺ δ' ἴσως ἂν εἴποις λοπάδα.* **V. 50.** Plin. N. H. IX 84: 'Lolligo etiam volitat extra aquam se efferens, quod et pectunculi faciunt, sagittae modo'. Inde *ποδήνεμος* et *ὠκέα* appellatur teuthis (cf. Epich. ap. Ath. VII 318e; p. 235 Lorenz: *ποταναὶ τευθίδες*), Iris propter colores splendidos praecipue purpureos, cf. Brehmium l. l. p. 208. **V. 51.** Percas variis coloribus insignes *αἰόλας* vocat Epicharmus ap. Ath. VII 319b; p. 236 Lorenz. Verbum *ἀνθεσίχρως* est *ἅπαξ λεγόμενον*; sed cf. Antiph. ap. Ath. XIV 634d (II 102 Kock) Philoxeni dithyrambici *ἀνθεσιπότατα μέλεα* laudantem. Melanurus cum plebeius appelletur, videtur inter viles pisces fuisse. **V. 52** sicut v. 35 proverbio utitur poeta, Ath. VII 319c: *καὶ παροιμία δέ ἐστιν· 'ἕπεται πέρκη μελανούρῳ'*; cf. Antiph. ap. Ath. X 450c; II 92 Kock: *βουλομένη δ' ἕπεται πέρκη μελανούρῳ.* Pisces illos societate quadam in piscium genere haud rara coniungi docet etiam Numenius (ap. Ath. VII 320e) Halieut. fr. 18 B: *πέρκαισι καθηγητὴν μελάνουρον.* Apud Ovidium quoque (Hal. 112 sq.) percas non nisi tragis disiunctus sequitur 'laude insignis caudae melanurus'. **V. 53.** In exitu versus *τευχέων* offendit, inepte enim vulgo *τεύχεα* interpretati sunt 'membra abscissa', tamquam membra

dici possent pro *corpore*. Sane *ὑπογάστρια* thynni summopere laudantur ab Aristophane, Eubulo, Antiphane, Theopompo, Strattide ap. Ath. VII 302 d—f. Sed remedium praebet Athenaei locus subsequens p. 303 ab, quo dicit laudari thynnorum etiam claviculas (*τὰς κλεῖδας καλουμένας*), apposito Aristophontis fragmento (II 278 Kock), quo duplici nominis *κλείς* significatione poeta ludit. Claviculae illae capiti finitimae rescissae erant utpote quae in epulis apponerentur, caput ipsum erat sepositum ut opsonium vilissimum; cf. Alexin ap. Ath. VII 303 a (II 354 Kock): *οὗτος πρότερον κεφαλὴν εἰ λάβοι θύννου, | ἐνόμιζεν ἐγχέλεια καὶ θύννας*(?) *ἔχειν*. Aliud enim est thynni *caput*, aliud *κεφάλαιον* apud Calliam (Ath. VII 286 b; I 694 Kock) laudatum, quod respondet nostro 'Kopfstueck' (cf. *οὐρή* et *οὐραῖον*) nec diversum esse videtur ab illis ipsis claviculis, quae Aristophonti probantur, Matroni ni fallor restituendae sunt. Cf. Ath. VII 315 d: *ἐν Γαδείροις μὲν οὖν τὰ κλειδία* (scil. orcynorum) *καθ' αὑτὰ ταριχεύεται, ὡς καὶ τῶν ἀντακαίων αἱ γνάθοι καὶ οὐρανίσκοι κτἑ.* Ceterum ad verba *τὸ δὲ* (scil. thynni caput) *πῆμα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι* cf. Axionicum ap. Ath. VIII 342 b (II 413 Kock) glauci caput laudantem, cuius verba infra adferam ad Archestr. fr. XX. Vox *Θαλαμηιάδαο* novata a Matrone ad patronymici normam ducitur a nomine *θαλάμη* i. e. 'piscium cubile', nec sane immemor fuit parodus loci Odysseae ε 432 *πουλύποδος θαλάμης ἐξελκομένοιο*. Aristoteles enim H. A. VIII 15 (p. 599 b 8) haec habet: *Φωλοῦσι δὲ καὶ οἱ θύννοι τοῦ χειμῶνος ἐν τοῖς βάθεσι, καὶ γίνονται πιότατοι μετὰ τὴν φωλείαν, καὶ ἄρχονται θηρεύεσθαι ἀπὸ Πλειάδος ἀνατολῆς μέχρι Ἀρκτούρου δύσεως τὸ ἔσχατον· τὸν δ' ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν ἄγουσι φωλοῦντες. ἁλίσκονται δ' ἔνιοι περὶ τὸν χρόνον τῆς φωλείας . . ἀπὸ γὰρ τῆς θαλάμης προέρχονται μικρὸν ἐπὶ νομήν . . εἰσὶ δ' οἱ πολλοὶ φωλοῦντες ἥδιστοι.* Et Plinius de

somno piscium disserens N. H. X 209 sq. haec: ʻde thynnis confidentius adfirmatur. iuxta ripas enim aut petras dormiunt, plani autem piscium in vado, ut manu saepe tollantur'. Itaque thynnum e cubili protractum ideoque et pinguedine et suavitate insignem poeta significat; cui obversatum esse Odysseae locum supra allatum adeo certe licet demonstrari; nulla enim alia re nisi quod in comparatione illa homerica ε 435 *ῥινοί* commemorantur (*ὡς τοῦ πρὸς πέτρῃσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν* | *ῥινοὶ ἀπέδρυφθεν*), factum est ut apud parodum iam v. 56 *ῥίνη* (in prima versus sede) sequatur. Ceterum pro eo quod v. 54 legitur *οὕνεκα*, in exemplo homerico λ 544 omnes libri tenent *εἵνεκα*, quod Meinekio etiam illic restituendum videbatur. **V. 56** sqq. Asperrima squatinae cute lignum et ebora poliri docet Plin. N. H. IX 40; cf. etiam XXXII 108: ʻhaec est (scil. squatina) qua diximus lignum poliri, quoniam et a mari f a b r i l e s usus exeunt'. Cf. Epicharm. ap. Ath. VII 286 c; p. 232 Lorenz: *ῥῖναί τε τραχυδέρμονες*, Archestr. fr. XXXXVI, *τρηχαλέην ῥίνην* Marcellus Sideta v. 27. **V. 57** optime Venetus *ἦ γάρ*, f a b r o r u m enim usui et l i b e r i s alendis aptam esse dicit squatinam; s i b i vero alia magis probari. Ceterum nota scripturam *ἦ γὰρ ἔγωγε*, cum exemplum homericum ι 27 praebeat *οὔ τοι* (*οὔ τι* plerique); an hac lectione cum illa coniuncta legendum est apud Matronem *ἦ τοι ἔγωγε κτἑ.*? **V. 59** *ἱππότα* appellatur mugil ut mullus v. 31 *ἱππόδαμος*. Assari mugilem iubet Archestratus quoque fr. XXXXV 9; sic Philemo ap. Ath. VII 307 e (II 501 Kock): *κεστρἑ' ὀπτόν*. **V. 60** verba *δυώδεκα σαργοί* testantur Matronem in versu illo qui ter recurrit, β 11, ϱ 62, υ 145 recte legisse *δύω κύνες ἀργοί*, non *κύνες πόδας ἀργοί*, quae scriptura nunc ab omnibus reicitur; cf. Ameis. ad β 11. **V. 61** sq. De amiarum in Pontum migrationibus cf. Aristot. H. N. VIII 13; quibus locis capiantur docet Archestr. fr. XXXV. **V. 63.**

Cantrices vocantur squillae sive quia sonos quosdam acutos crustarum tritu edere solent et in aqua degentes et ex aqua sublati teste Brehmio l. s. l. p. 23 (cf. supra v. 34 *αὐδήεσσα*), sive quia cum crustis comesae flatus ventris gignunt, cf. Rondol. I p. 551. Eadem fere dubitatio recurret in loco simillimo fr. II 3, quo bulbinae Iovis Olympii cantrices praedicantur. Altera certe explicatio utrique loco convenit si modo Iovem squillas et bulbinas in deliciis habuisse volumus; quae si cui minus verecunda videbitur, audiat Hermippum in parodia homerica ap. Ath. I 29 e; I 249 Kock: *Μενδαῖον, ⟨τοῦ⟩ μὲν καὶ ἐνουροῦσιν θεοὶ αὐτοὶ | στρώμασιν ἐν μαλακοῖς*. Cf. etiam Damoxenum ap. Ath. III 102 c (IV 530 Mein.) quantae calamitati soleat esse coquorum imperitia his describentem: *τίς παρακολουθεῖ ταῦτα; τοιγαροῦν στρόφοι | καὶ πνευμάτια γινόμενα τὸν κεκλημένον | ἀσχημονεῖν ποιοῦσι. παρὰ δ' ἐμοὶ τρέφει | τὸ προσφερόμενον βρῶμα καὶ λεπτύνεται | ὀρθῶς τε διαπνεῖ.* **V. 64** certa emendatione *αἳ δὴ γῆραϊ κυφαὶ ἔσαν* restituit Paessensius; praeter exemplum homericum *β* 16 cf. Philoxenum in Cenae fr. ap. Ath. IV 147 b: *καρῖδες αἵ κυφαί*, Eubulum ap. Ath. III 106 a; II 204 Kock: *καρῖδάς τε τῶν κυφῶν*. Forma curvata squillarum ridicule ad aetatem provectiorem refertur. **V. 65** semper mihi languidissima visa sunt verba *ἐν ἄλλοις*, cum desiderarem substantivum quod maris mentionem contineret caelo (*ἐν οὐρανῷ* *Χ* 318) oppositi; quod ut reperirem mihi non contigit. Nam quod scribere in promptu est, *ὃς κάλλιστος ἐν ἅλμῃ ἵσταται ἰχθύς* (cf. v. 77), hiatu offendit. Sed ea quoque suspicio mihi suborta est num Matro apud Homerum fortasse legerit *ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν ἄλλοις ἵσταται ἀστήρ*, ut *ὠκυμορώτατος ἄλλων* (*Α* 505) alia similia multa. Quam suspicionem, etsi nullo Iliadis libro manu scripto fulcitur, reticere tamen nolui. Ceterum acutissime Stadtmuellerus *ἐλλοῖς*, cfr. Titanomachiae scriptorem ap. Ath.

VII 277d: χρυσώπιδες ἰχθύες ἐλλοί, Soph. Ai. 1297 ἐλλοῖς ἰχθύσιν. Nam quod epitheto substantivum ἰχθύσι non addi hic offendere non posse sequente praesertim voce ἰχθύς; ac fortasse nomen ἐλλός sicut ἔλλοψ et adiectivi et substantivi vicem obtinuisse. **V. 66.** Coniungit κάραβον, ἀστακόν Philyllius quoque ap. Ath. III 86e; I 785 Kock; item Opp. Hal. I 261 κάραβος ὀξυπαγὴς ἠδ' ἀστακός. Astacorum crusta cum lorica comparatur, qua freti opulentorum (μακάρων) convivio non indigni sibi videbantur. **V. 69.** Elops rostro longissimo et acuto insignis est gladio simili. **V. 73.** Non obsecutus sum Kaibelio προκάλυμμα scribenti, et quia κάλυμμα vox homerica est (Ω 93, hymn. Cer. 42) et quod Philoxenum poeta videtur imitatus esse (ap. Ath. IV 147b) cui sinodon audit ἰσοτράπεζος. **V. 74** sq. De muraenarum quae feminini tantum sexus credebantur, cum serpentibus coitu multa veteres fabulati sunt; cf. Ath. VII 312d, Oppian. Cyn. I 381, Hal. I 554 sq., Plin. IX § 76, Ael. A. H. I 50, IX 66. Scripturam traditam περὶ δειρήν contra Meinekium, qui coniecit περὶ νειρήν, recte defendit Paessensius. **V. 76** sq. non sine consilio parodus verba θεῶν αἰειγενετάων artificio quodam commutavit, ut fierent ἀειγενῆ ἀθανατάων. De soleis enim Brehmius l. s. l. p. 199: 'ihre Lebenszähigkeit ist sehr gross'. Qua explicatione gaudeo ultro me occurrisse Kaibelio in editione sua quaerenti 'quidni θεῶν ἀειγενετάων? ἀειγενῆ non verum'. Ceterum deae immortales aptissime intelleguntur Nereides. Cfr. etiam Eupolis I 338 Kock: τοῦ Διὸς τὸ σάνδαλον. **V. 77** verbis ὃς ἔναιεν lux affulsit ex Meinekii interpretatione 'qui natabat in muria' (similiter ι 222 ναῖον δ' ὀρῷ ἄγγεα πάντα). Ludit enim poeta ambiguitate verborum ἅλμη (et 'mare' hymn. XXVIII 12, et 'muria' ὁ τῶν ἰχθύων ζωμός Hesychius) et ναίειν ('habitare' et 'natare'). **V. 78** sq. Huic quoque loco Meinekius feliciter operam navavit, cum

doceret ὑψιπετήεις dici pro ὑψιπετηέσσας, collato Nicandro ap. Ath. XV 683 d κάλυκες ἀργήεις pro ἀργήεσσαι, item Alex. 266 ἀμπελόεις ἕλκας et 293 πόσιες φαρμακόεις. Verba κίχλας θ' ἑξείης ὑψιπετήεις cum daret parodus utique locum Odysseae χ 465 sqq. meminit, quo Telemachus ancillas πεῖσμα ὑψόσ' ἐπεντανύσας suspendit ὡς κίχλας. ὣς αἵγ' ἑξείης κεφαλὰς ἔχον κτἑ. Ambigitur de sensu vocis ὑψιπετήεις, cum sine dubio turdi marini dicantur. Atque interpretum commenta contortiora sunt quam veriora. Aenigmatice poeta avium epitheton ad pisces describendos deflectit. Atque suspiceris observasse poetam pisces illos solere ex aqua prosilire. Qua de re cum alioquin nihil observatum reperiam, altera in promptu est explicatio. Turdi enim et ipsi facillime decurrunt ad hamum, et cum viles sint ad praestantiorum piscium capturam adhibentur, cf. Brehmium l. l. p. 168 et 166 de labro: 'der Fang hat wenig Schwierigkeiten, weil alle Lippfische leicht an die Angel gehen . . das Fleisch steht in geringer Achtung und dient den Fischern gewöhnlich nur als Köder zum Fang wertvollerer Arten'. Itaque alte volantes appellantur turdi, quod arundine et ipsi capiuntur et hamo suspensi ad alios pisces inescandos usui sunt. Denique quam accurate Matro piscium naturam observaverit exemplo iuvat demonstrare luculentissimo: confer quaeso verba καὶ πέτρας καταβοσκομένας (v. 79) cum Brehmii verbis l. l. p. 166: 'Ihrem Gebisse entsprechend fressen die meisten Arten vorzugsweise Muscheln, welche sie mit den beweglichen Lippen vom Grunde oder von den Pflanzen des Meeres ablesen . .; doch gibt es auch Pflanzenfresser unter ihnen, welche förmlich weiden, ohne übrigens deshalb tierische Stoffe zu verschmähen' . . **V. 79** ludit poeta ambiguitate verborum ὑάδας θ' ὑδατίνους; cum enim per se intellegi possint Hyades pluviae, suculas marinas intellegi vult; eadem verborum ambiguitas Romanis fraudi fuit teste

Cicerone de nat. deor. II 111: 'has Graeci stellas Hyadas vocitare suerunt'; cui versui ex Arateis suis desumpto addit: 'nostri imperite suculas, quasi a subus [ὗς] essent, non ab imbribus [ὕειν] nominatae'. Idem testatur Plin. N. H. XVIII 247. **V. 80.** Adverbium *ἀναμίξ*, quo Matro utitur, ab Homero alienum est, qui quinquies habet *ἐπιμίξ*, ter ita ut componantur *ἵπποι* et *ἄνδρες* vel *αὐτοί* (*Φ* 16, *Ψ* 242; *Λ* 525). Quodsi parodus ad *ἵπποι* illud alludens dicit *ἵππουροι*, vix potest dubitari quin locis illis legerit *ἀναμίξ*. Iam v. 60 *σαργοί* felicissimo lusu commemorati sunt; itaque alteram recepi Meinekii coniecturam. **V. 81.** Mormyrus etiam Archestrato fr. LII *κακὸς ἰχθὺς οὐδέ ποτ' ἐσθλός*. **V. 88.** Matro *B* 703 legisse videtur *οὐ μὴν οὐδ' οἳ ἄναρχοι ἔσαν*. **V. 90** nondum persanatus est. Egregie quidem Meinekius *γλυκὺ πνεῖον* (cf. *δ* 446 *ἡδὺ μάλα πνείουσαν*, *δ* 567 *ζεφύροιο λιγὺ πνείοντος*), sed ubique apud Homerum syllaba quae ante *πνείειν* praecedit in arsi est, quem usum ne Matro quidem potuit neglegere. Accedit quod *ἀγχοῦ* neque apte potest explicari neque apud Homerum occurrit nisi primum pedem occupans. Denique vereor ut *χρυσὸς* mutari debeat, cum ad aureum sinapis colorem pertinere videatur. **V. 91.** Lacrimis quas sinapis acrimoniam sibi elicuisse fingit, ad paupertatem suam describendam abutitur, pernae enim et sinapi opponit cotidianum suum victum, caseum et panem. Quid autem sibi velit panis epitheton *ὀτρηρός*, ut in loco mutilato non expedio. Rectissime vero Kaibelius iudicavit verba *τυρῷ δεῖ* transponenda esse, nimirum ne versus caesura post tertium pedem apud veteres poetas inaudita dirimatur. **V. 93** ineuntem certissima emendatione Paessensius sanavit. Hoc quoque versu Matronis exemplar Iliadis a nostris libris discrepuisse videtur; legisse enim parodum *Π* 102 *Αἴας δ' οὐχ ὑπέμεινε* (*δ' οὐκέτ' ἔμιμνε* libri omnes) eo certius licet affirmari,

quod locis haud pauis inter *μίμνε* et *μεῖνε* libros fluctuare scholia testantur, cf. schol. A interl. ad *I* 355 (*ἔμεινε* pro *ἔμιμνε*); rursus pro *μένειν* verbi formis *μίμνειν* reperitur schol. A interl. *Ξ* 286, Did. schol. A ad *Ξ* 119, schol. H ad *δ* 508. In versus exitu traditam scripturam distinxi ut sit *ῥ' ἀδέεσσι* [debui *ἄδ.*]; sic enim scripsisse parodum puto collato *Λ* 87 sq. *ἐπεί τ' ἐκορέσσατο χεῖρας | τάμνων δένδρεα μακρά, ἄδος τέ μιν ἵκετο θυμόν.* Hesychius: *ἄδος. κόρος, πλησμονή.* Iam Meinekius verum acu tetigerat scribens 'desidero potius nomen taedium et satietatem indicans'. Nunc Kaibelium video idem coniecisse, qui tamen scripsit *γὰρ ἀδέεσσι*, hoc acutissime adnotans, pluralem numerum parodum ad similitudinem finxisse versus homerici *Π* 102. **V. 94.** Etiam comicis *ὁ ζωμός* est *μέλας*, cf. Pherecr. ap. Ath. VI 268 e; I 174 Kock, Nicostr. ap. Ath. XII 517 a; II 224 Kock, Alexis ap. Ath. III 124 a; II 348 Kock, Euphron. ap. Ath. IX 379 e; IV 486 Meineke. *Ἀκροκώλια* sunt *ὕεια*, de quibus vide Ath. III 95 e sqq.; ibidem Aristophanes *ἀκροκώλια ἥψησα*, Pherecrates *δίεφθ' ἀκροκώλια*, Alexis *ὁ γόγγρος ἐφθός, τὰ δ' ἀκροκώλια οὐδέπω.* **V. 95.** Legit Matro *B* 557 *τρισκαίδεκα*: Eust. ad *B* 557 (284, 41): *ὅτι Αἴας ἐκ Σ. ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας, ἕτεροι δὲ γράφουσι 'ἐκ Σ. ἄγε τρισκαίδεκα νῆας'. πρὸς ὅπερ παρῴδηται τὸ 'ἐκ Σ. ἄγε τρισ καίδεκα νήσσας'.* **V. 96.** De lacu sacro Salaminio nihil aliunde habemus compertum; sed fuit in insula Dianae templum (Paus. I 36, 1), cui fortasse ut *Λιμναίᾳ* lacus ille sacer erat. Ceterum memorabile est parodum ab altero Homeri de Aiace loco (*Π* 102 sq.) ad alterum (*B* 557) transferri, nec minus iuvat perspicere quomodo effecerit ut ne versus 96 quidem exemplis homericis destitutus sit. **V. 102.** Alicae epitheton *ἡδυπρόσωπος* ad illius candorem referendum videtur, cf. Plin. N. H. XVIII 112. Similiter Eubulus ap. Ath. XV 685 e (II 204 Kock) dicit *μᾶζα χαριτοβλέφαρος.*

V. 105. Quid ineptius quam aqua marina manus lavare convivas, qui ipsis manibus pro instrumentis edendi utebantur? Sic enim videntur intellexisse interpretes, qui etiam ad v. 20 provocant. Recte quidem *νίψασθαι ἀπό τινος* dici potest sicut *ζ* 224 *ἐκ ποταμοῦ χρόα νίζετο* .. *ἅλμην* et absque praepositione *β* 261 *χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλός* de Telemacho precaturo. At licet prope ipsum portum fuerit convivium, quis quaeso in lautissimis epulis ad mare descendat lavatum? Immo ut est apud Philoxenum (Ath. XV 685 d) *κατὰ χειρὸς δ' ἤλυθ' ὕδωρ*. Itaque 'Oceani fluctus' parodo idem valent quod *ἅλμη*, quo in verbo iam supra v. 77 ambigue luserat: *ὃς ἔναιεν ἐν ἅλμῃ μορμυρούσῃ*. Nimirum cum maxima pars cenae in piscibus versata esset, a muria manus erant purgandae. **V. 106.** *Μύρον ἴρινον* laudat Athenaeus V 195 d: *εἰσεφέρετο τήλινον, ἀμαράκινον, ἴρινον, πάντα διαφέροντα ταῖς εὐωδίαις*. **V. 108** *διάνδιχα* sumpsit parodus ex aliis locis homericis, cum *B* 655 sq. scriptura *διὰ τρίχα* confirmetur ipsa oppidorum Rhodiorum tripartitione *Λίνδον Ἰηλυσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον*. Ad convivarum ordinem verba illa spectare videntur, sed quidni *διὰ τρίχα* retinens ad crines (*θρίξ*) referri voluerit? **V. 109** cum emphasi quadam *πίνετο δ' οἶνος*, cuius exemplum homericum subscripsi. Cf. etiam Philoxenus ap. Ath. XI 476 e: *πίνετο νεκτάρεον πῶμ' ἐν κτἑ.* De vino Lesbio vide Archestr. fr. LIX sq. **V. 112.** Sic Hermippus in parodia homerica ap. Ath. I 27 f (I 243 Kock): *αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίας ἀπίους καὶ ἴφια μῆλα.* **V. 113.** Cf. Eustath. 871, 40. **V. 114.** *Πρόσφατοι* sunt uvae recentissime carptae. '*Ἀμάμαξυν*: cf. Eustath. 1524, 33 *ἀμάμαξυς, σταφυλῆς γένος. οἱ δὲ, ἀναδενδράδα φασίν.* Quam explicationem amplectitur Hehnius quoque 'Kulturpfl. u. Hausthiere' p. 67, minus recte, opinor, si audis Hesychium s. v.: *εἴρηται δὲ καὶ ἐπὶ χωλοῦ τινος, δύο βακτηρίαις ὑπὸ ταῖς μασχάλας ἐρειδομένου, καὶ*

ἐκκρεμάμενον ἔχοντος τὸν πόδα ὡς βότρυν. Quem iocum minus ad vitem ex arboribus quam sudibus suspensam convenire apparet. Cf. schol. Arist. Vesp. 325. **V. 116** *εὔκυκλον* restituendum erat, scutorum apud Homerum epitheton (*E* 453 al.), nisi forte legit Matro *ἔγκυκλον.* In fine versus Jacobsii vestigiis insistens qui voluit *ἁδρόν,* scripsi *ἁβρόν* Archestrati maxime memor fr. IV v. 18, a quo placenta Erythris facta vocatur *λευκὸς ἁβραῖς θάλλων ὥραις*; optime enim Matronis quoque loco iuventutis imago convenit ad placentam recentem translata. Meinekii coniectura *ἁγνῆς* ideo moleste fertur quod Cereris epitheton versus qui deae nomen antecedit tenorem aequo vehementius interrumpit. Ribbeckii coniectura ad Archestr. fr. 3, 14 (IV 14) per nimias ambages placenta fit filia farinae Cereris, praeterquam quod lectorum exspectatio usque ad vocem *πλακοῦντα* suspensa farinae mentione praeoccupata tollitur. Post **v. 118** sententiae hiatum detexit Meinekius; qui etiam traditam scripturam *πόρναι δ' εἰσῆλθον, πόρναι δύο* tuetur locis qualis est Theocr. Id. XVIII 50: *Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος.* **V. 122** sagaciter Schweighaeuserus: ‘videtur suo more parodus lubricam verborum ambiguitatem sectatus. Primum ista verba *ἃς Στρατοκλῆς ἤλαυνε* per se posita sic intellegi voluit quemadmodum verbo *ἐλαύνειν* usus est comicus in Eccles. v. 39 [adde Plat. com. ap. Ath. X 456 a; I 601 Kock] ‘quibuscum consuetudinem habebat Stratocles’: sed mox, quasi de hoc non cogitasset, adicit ista *ποδώκεας ὄρνιθας ὥς,* quo velocitatem designaret, qua saltationes suas et praestigias meretriculae illae peragebant’.

Matronis fragmenta

I

ὄστρεά τ’ ἤνεικεν, Θέτιδος Νηρηίδος ὕδνα

II

σόγκους δ’ οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ’ ὀνομήνω,
μυελόεν βλάστημα, καρηκομόωντας ἀκάνθαις,
βολβίνας θ’, αἳ Ζηνὸς Ὀλυμπίου εἰσὶν ἀοιδοί,
ἃς ἐν χέρσῳ θρέψε Διὸς παῖς ἄσπετος ὄμβρος,
λευκοτέρας χιόνος, ἔσθειν ⟨δ’⟩ ἀμύλοισιν ὁμοίας·
τάων θυομένων ἠράσσατο πότνια γαστήρ.

HOMERI DETORTI VERSVS

I 1 *ἴσθμιον ἤνεικεν θεράπων** σ 300
μητρὸς δ’ ἐκ Θέτιδος καλλιπλοκάμου ἁλοσύδνης Υ 207
II 1 *πληθὺν δ’ οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ’ ὀνομήνω* Β 488
2 *καρηκομόωντας Ἀχαιούς** Β 11 al.
3 *Τυνδαρίδας, οἳ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἐξεγένοντο* hymn. XVI 2
4 *τὰς ἐν Πιερίῃ θρέψ’ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων* Β 766
*Διὸς παῖς** θ 488
ὅτ’ ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος | Μ 286
| *ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ* Ν 139
5 *λευκότεροι χιόνος, θείειν δ’ ἀνέμοισιν ὁμοῖοι* Κ 437
6 *τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων* Υ 223
*πότνια μήτηρ** Ζ 264 al.

TESTIMONIA

I Ath. II 62c: *καὶ Μάτρων ὁ παρῳδὸς ἐν τῷ Δείπνῳ* «*ὄστρεα — ὕδνα*».

II Ath. II 64c: *μνημονεύει δὲ βολβίνης Μάτρων ἐν παρῳδίαις* «*σόγκους — γαστήρ*». Affert Eustathius v. 2 p. 1094, 47, v. 4—6 p. 1053, 11.

VARIETAS LECTIONIS

I *ἤνεγκε* E

II 3 pro *ἀοιδοί* requirit *γενέθλη* vel *νεοσσοί* Kaibel, *ἐδωδή* Wilamowitz 5 *ἔσθειν* (cf. etiam Conv. Att. v. 5) Osann et Wachsmuth: *ἰδεῖν* CE, *ἰδέειν* Brunck, *δ’* add. Osann, *ἀμύλοισι δ’* Eustathius 1053, 11 6 *θυομένων* Meineke: *φυομένων* A

III

καὶ σικυὸν εἶδον, γαίης ἐρικυδέος υἱόν,
κείμενον ἐν λαχάνοις· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο τραπέζας.

IV

ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἐγέλασσαν, ἐπήνεικάν τ' ἐπὶ τούτῳ
σιτευτὰς ὄρνιθας ἐπ' ἀργυρέοισι πίναξιν,
ἄτριχας, οἰέτεας, λαγάνοις κατὰ νῶτον ἐίσας.

V

οὐδ' ἀπὸ πασσαλόφιν κρέμασαν, ὅθι περ τετάνυστο
σκινδαψὸς τετράχορδος ἀνηλακάτοιο γυναικός.

HOMERI DETORTI VERSVS

III 1 sq. *καὶ Τιτυὸν εἶδον, Γαίης ἐρικυδέος υἱόν,*
κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα λ 576 sq.
IV 1 *ὣς ἔφαθ', αἱ δ' ἐγέλασσαν** σ 320
2 *καὶ ἀργυρέοισιν ἱμᾶσιν** E 727
2 sq. *ὄρνιθας ὣς*
ὄτριχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐίσας B 764 sq.
V 1 sq. *κὰδ δ' ἐκ πασσαλόφι κρέμασαν φόρμιγγα λίγειαν* ϑ 67
αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ | ἠλακάτη τετάνυστο δ 134 sq.
χρυσηλάκατος κελαδεινὴ | Ἄρτεμις Υ 70 sq.

TESTIMONIA

III Ath. III 73 e: *Μάτρων ἐν παρῳδίαις* «*καὶ — τραπέζας*».

IV Ath. XIV 656 c: *σιτιστῶν δὲ ὀρνίθων μὲν μνημονεύει Μάτρων ἐν ταῖς παρῳδίαις οὕτως* «*ὣς — ἐίσας*».

V Ath. IV 183 a: *ἐστὶν δ' ὁ σκινδαψὸς τετράχορδον ὄργανον, ὡς ὁ παρῳδός φησι Μάτρων ἐν τούτοις·* «*οὐδ' — γυναικός*».

VARIETAS LECTIONIS

IV 1 *επηνεινκαν* A
V 1 *οὐδ' ὑπὸ* A, *οἱ δ' ἀπὸ* Meineke

VI

οἱ μὲν γὰρ δὴ πάντες, ὅσοι πάρος ἦσαν ἄριστοι,
Εὔβοιός τε καὶ Ἑρμογένης δῖοί τε Φίλιπποι,
οἱ μὲν δὴ τεθνᾶσι καὶ εἰν Ἀίδαο δόμοισιν.
ἔστι δέ τις Κλεόνικος, ὃν ἀθάνατος λάχε γῆρυς,
οὔτε πονητάων ἀδαήμων οὔτε θεάτρων,
ᾧ καὶ τεθνειῶτι λαλεῖν πόρε Φερσεφόνεια.

HOMERI DETORTI VERSVS

VI 1 οἱ μὲν γὰρ δὴ πάντες, ὅσοι πάρος ἦσαν ἄριστοι *Λ* 825
2 καὶ Λέλεγες καὶ Καύκωνες δῖοί τε Πελασγοί *Κ* 429
3 εἰ δ' ἤδη τεθνᾶσι καὶ εἰν Ἀίδαο δόμοισιν *Χ* 52
4 ἔστι δέ τις ποταμός* *Λ* 722
τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς* *Β* 741
τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς | *Δ* 49 γῆρυς* *Δ* 437
5 οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων οὐδὲ βολάων *ρ* 283
6 τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια *κ* 494

TESTIMONIVM

VI Ath. XV 697e: καὶ κατὰ τὸν παρῳδὸν Μάτρωνα «οἱ μὲν — Φερσεφόνεια». Affert versus Eustathius 1665, 34.

VARIETAS LECTIONIS

VI 2 δῖός τε Φίλιππος (cf. *Μ* 21) vel Εὔβοιοί τε καὶ Ἑρμογέναι (cf. *Κ* 429) Meineke δοιὼ vel δοιοὶ Stadtmueller 3 τεθνᾶσιν *A* 4 ἐστὶν *A* ὃν ἀθάνατος — γῆρυς Stadtmueller (sive ὃς ἀθάνατον — γῆρυν): ἀθάνατον — γῆρας *A* 6 Περσεφόνεια Eustathius

---

COMMENTARIVS

Fragmentum I

De universo fragmento vide p. 54. Ostrea per comparationem Thetidis tubera vocat ut in Cenae v. 36 congrum Τιτυὸν λίμνης; praeter locum homericum quem subscripsi, meminerat parodus phocas *δ* 404 appellari νέποδας καλῆς ἁλοσύδνης. Accedit denique vocis ὕδνη deri-

vatio: Hesychius *ὕδναι· ἔγγοναι, σύντροφοι*; idem *ὑδνεῖν· τρέφειν, κρύβειν. αὔξειν*; E. M. p. 776, 11 *ὑδνῶ τὸ τρέφω καὶ ὑδνεῖν τὸ τρέφειν.*

Fragmentum II

De universo fragmento vide supra p. 55 sq. V. 1. De soncho Plin. N. H. XXII 88 'Estur et sonchus — ut quem Theseo apud Callimachum adponat Hecale — uterque, albus et niger. Lactucae similes ambo, nisi spinosi essent, caulo cubitali, anguloso, intus cavo, sed qui fractus copioso lacte manat'. Non admodum magni illos aestimatos esse disci potest ex lepida narratiuncula quam Hegesandrus ap. Ath. VI 250 e profert de Euclide, cui cum complures sonchi essent appositi *ὁ Καπανεύς*, inquit, *ὁ ὑπὸ τοῦ Εὐριπίδου εἰσαγόμενος ἐν ταῖς Ἱκέτισιν* (v. 864, ubi *φεύγων*) *ὑπεραστεῖος ἦν* '*μισῶν τραπέζας ὅστις ἐξογκοῖτ' ἄγαν*'. V. 3 bulbinae Iovis vocantur cantrices quia ventris flatus gignunt, nisi eo referri debent illa verba, quod in patina dum torrentur stridorem edunt, cui rei non obstare puto quod v. 5 nive candidiores appellantur: illic enim bulbinae dicuntur cum friguntur, hic crudae putaminibus detractis. Ceterum cf. Cenae v. 63. V. 4 *ἐν χόρτῳ* Stadtmuellerus, at loci nomen proprium requiro sicut *B* 766 *ἐν Πιερίῃ*. Suo more homericus ille *Διὸς ὄμβρος* Matroni existit Iovis filius sicut Cenae v. 117 *πλακοῦς*, Cereris donum, *Δήμητρος παῖς*. Suspectavit *φυομένων* Meinekius cui aut *ὑομένων* videbatur scribendum collato versu 3 (cf. *ζ* 131 *ὑόμενος* eadem sede versus) aut *θυομένων* 'quando mactantur' ut Horatius dixerit 'porrum seu caepe trucidas'. Alterum hoc praetuli, sed ita ut *θυομένων* referri velim ad odoris suavitatem, qui e bulbinis recens frictis adflatur. Nusquam enim apud Homerum *θῦσαι* de immolanda hostia (*σφάξαι*) usurpatur, sed de offerendis *ἀπαρχαῖς* idemque valet quod *θυμιᾶσαι*, cf. Ariston. ad *I* 219, Lehrsii Aristarch. p. 82.

Fragmentum III

Vide supra p. 55.

Fragmentum IV

Num hoc fragmentum Cenae Atticae fuerit, supra p. 56 disserui.

Fragmentum V

Videtur de meretricula esse sermo. V. 1 Meinekius *οἵ δ' ἀπὸ*, illud minus recte, nihil enim offensae in negatione *οὐδέ*: illam quam nescimus rem non suspenderunt *ἀπὸ πασσαλόφιν*, quippe unde suspensus esset *σκινδαψός*, ita ut novae rei locus non iam superesset. Ceterum operae pretium est animadvertere, qua arte parodus Homeri verba concinnaverit. Matro fortasse ϑ 67 legit *κὰδ δ' ἀπό*.

Fragmentum VI

Vide supra p. 56. V. 2 retinui pluralem numerum *δῖοί τε Φίλιπποι*, nam quidni duos Philippos laudare potuerit parodus? Hic ipse numerus, *δοιὼ* sive *δοιοὺς*, Stadtmuelleri coniectura infertur, equidem *δῖοι* retinuerim cum hac maxime voce parodia versus homerici agnoscatur. Idem vero versum 4 egregie emendavit scribens *ὃν ἀθάνατος λάχε γῆρυς*, 'cui vox, i. e. loquacitas non interitura (*καὶ τεθνειῶτι λαλεῖν* 'etiam cum mortuus erit') contigit'. Nequaquam enim iam ad inferos abiisse sed vixisse etiamtunc Cleonicum satis demonstrant verba *ἔστι δέ τις Κλεόνικος* versui antecedenti (*οἵ μὲν δὴ τεθνᾶσι κτέ.*) opposita. De Cleonico Eustathius 1665, 33: *ἰστέον δὲ ὅτι ὁ παρῳδὸς Μάτρων κέντρωνος λόγῳ συμφορήσας ἐν μεταποιήσει καὶ ἐκ τῶν κατὰ Τειρεσίαν εἴς τινα Κλεόνικον σοφὸν ἄνδρα ἔγραψεν οὕτως: «οἵ μὲν δὴ πάντες — Περσεφόνεια», διὰ τῶν αὐτοῦ δηλαδὴ βιβλίων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς λόγων. τοῦτο δὲ καὶ σκῶμμα ἔσται ποτὲ λάλου ἀνδρός.* Quae cuius farinae sint apparet.

VI

INCERTORVM FRAGMENTA

I

Versus parodicus ab Herodico Crateteo servatus, cuius disputationem de convivio Homerico cum Platonico, Xenophonteo, Epicureo in comparationem vocato Athenaeus libro V cap. 3—18 transcripsit (cf. Carolum Schmidt, de Herodico Crateteo, progr. Elbing. 1886 p. X sqq.), a Meinekio Matronis Convivio Attico tribuitur iniuria, si recta sunt quae supra p. 55 sq. disputavimus; sed fortasse ex alia convivii descriptione ab eodem parodo composita desumptus est, cui coniecturae praeter ipsa verba Herodici (*παρὰ — συνάγουσι*) optime conveniunt et indoles versus parodici et Matronis fragmenti IV comparatio.

FRAGMENTVM

τοῖς δ' ὁ κόλαξ πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῶκον·

TESTIMONIVM et HOMERI DETORTVS VERSVS

Ath. V 187a: *τοιγαροῦν παρ' Ὁμήρῳ μετὰ τὸ πιεῖν· τοῖς δ' ὁ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν* (*H* 324), *παρὰ δὲ τοῖς οὐ τὰ σώφρονα συμπόσια συνάγουσι· «τοῖς — μῶκον».*

II

FRAGMENTVM

πλήρης μὲν λαχάνων ἀγορή, πλήρης δὲ καὶ ἄρτων.

HOMERI SIMILES VERSVS

πλεῖαί τοι χαλκοῦ κλισίαι, πολλαὶ δὲ γυναῖκες κτέ. *B* 226
εἰδώλων δὲ πλέον πρόθυρον, πλείη δὲ καὶ αὐλή *υ* 355

TESTIMONIVM

Ath. VI 270c: πρὸς ὃν ὁ Οὐλπιανὸς ἀεί ποτε διαπολεμῶν ἔφη· «πλεῖαι — ἄρτων».

III

Duos versus parodicos sine auctoris nomine ab Athenaeo VI p. 270e relatos propter verba paulo infra ab Athenaeo exhibita (p. 271a) «δεῖ οὖν κἀμὲ κατὰ τὸν κωμικὸν Μεταγένην ἐπειπόντα

εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ δείπνου

τετλάναι» (cf. τέτλαθι δή v. 1 fragmenti) Schweighaeuserus Fritzschius Bergkius Metageni comico tribuerunt nullo titulo adiuti (cf. Kockium FCA. I 709), neque rectius Hegemoni tribuit Meinekius, cum eodem iure possint Matroni vindicari (cf. imprimis Conv. Att. v. 94).

FRAGMENTVM

τέτλαθι δὴ πενίη καὶ ἀνάσχεο μωρολογούντων·
ὄψων γὰρ πλῆθός σε δαμᾷ καὶ λιμὸς ἀτερπής.

HOMERI DETORTI VERSVS

1 τέτλαθι μῆτερ ἐμὴ καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ *A* 586
τέτλαθι δὴ κραδίη* *υ* 18
2 εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς *A* 61
λιμὸς ἀτερπής *T* 354 ἀταρβής | *N* 299 ἀταρπόν | *P* 743, ξ 1

TESTIMONIVM

Ath. VI 270e: θεασάμενος πλῆθος ἰχθύων καὶ ἄλλων

παντοδαπῶν ὄψων παρασκευὴν εἰσκυκλουμένην .. ἀνέκραγεν· «τέτλαθι — ἀτερπής».

IIII

FRAGMENTVM

οὓς ἐδίδαξαν ἀριστερὰ γράμματα Μοῦσαι

HOMERI DETORTVS VERSVS

| ἢ σέ γε Μοῦσ' ἐδίδαξε θ 488, cf. θ 480 sq.

TESTIMONIVM

Athen. XIII p. 571 b δοκεῖς γάρ μοι ἐκείνων εἷς εἶναι· «οὓς — Μοῦσαι», ὥς τις ἔφη τῶν παρῳδῶν.

COMMENTARIVS

Confer Theognetum ἐν Φάσματι ap. Ath. III 104 c (IV 549 Mein.): ἐπαρίστερ' ἔμαθες, ὦ πόνηρε, γράμματα.

V

FRAGMENTVM

ἔστειχε δ' ἔχων ὑπὸ ποσσὶ χίμεθλα

HOMERI DETORTVS VERSVS

δώσω δ' ὑπὸ ποσσὶ πέδιλα φ 341

TESTIMONIVM

Aristot. Rhetor. III 11 p. 1412 a 29 καὶ ἐν τοῖς μέτροις· οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ ἀκούων ὑπέλαβεν· «ἔστειχε — χίμεθλα»· ὁ δ' ᾤετο πέδιλα ἐρεῖν.

VI

FRAGMENTVM

Ἑρμοκαϊκόξανθος ἐπευξάμενος Διὶ πατρί·

HOMERI VSVRPATVS VERSVS

Ἀτρείδης Μενέλαος ἐπευξάμενος Διὶ πατρί Γ 350, Ρ 46

TESTIMONIVM

Aristot. Poet. 21 in., p. 1457a 34: εἴη δ' ἂν καὶ τριπλοῦν καὶ τετραπλοῦν καὶ πολλαπλοῦν ὄνομα, οἷον τὰ πολλὰ (?) τῶν Μασσαλιωτῶν (Aristotelis libri Μεγαλιωτῶν)· «Ἑρμοκαϊκόξανθος ἐπευξάμενος Διὶ πατρί» (ἐπ. Δ. π. om. Aristot. libri). Sic enim hunc locum nuper restituit Dielesius ('Ber. der Berl. Akad.' 1888 p. 52 sq.) ex arabica Poeticae versione a Margoliouthio in 'Analectis orientalibus ad Poeticam Aristoteleam' edita. Versionis enim arabicae illius loci interpretatio latina haec est: sicut multa de Massaliotis Ermokaikon Xanthus qui supplicabatur dominum caelorum ('dominus caelorum' Syris idem valet quod Graecis Ζεύς). Ceterum Dielesius coniecit nomen Ἑρμ. spectare ad Phocaeam intra Hermi Caicique ostia sitam et praeter hoc alia quoque complura similiter composita Massaliotarum nomina in illo carmine parodico fuisse.

VII

FRAGMENTVM

ὦ βροτολοιγέ, πόσους σὺ ⟨βρο⟩τῶν Ἄιδι προΐαψας;

HOMERI DETORTVS VERSVS

Ἆρες Ἄρες βροτολοιγέ Ε 31
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄιδι προΐαψεν* Α 3

TESTIMONIVM

Cod. Vossianus Etym. Magn. v. βροτολοιγός p. 215, 7 κυρίως δὲ ἐπὶ ἰατρῶν ἡ λέξις παραλαμβάνεται· Ὅμηρος «ὦ — προΐαψας» cf. Eustath. ad Il. Ε 31 p. 518, 41 ὅτι βροτολοιγὸς κοινότερον μὲν ὁ ἀνδροφόνος· δύναται δέ ποτε σκωφθῆναι τοιοῦτος καὶ ὁ ἄτεχνος ἰατρός.

VARIETAS LECTIONIS

σὺ τῷ ᾅδῃ Voss.: corr. Meinekius in litteris ad Wachsmuthium datis

COMMENTARIVS

Adloquitur in carmine parodico nescio quis medicum imperitum ἄτεχνον ἰατρόν, ut ait Eustathius l. s. In eodem versu *A* 3, ut monet Stadtmuellerus, facetissime ludit medicus in ep. Anth. P. XI 401.

VIII

Anonymus parodus Dionis Chrysostomi aequalis

Duo fragmenta parodica a Dione Chrysostomo in oratione Alexandrina (XXXII) prolata iam in princeps quod congessit parodiarum homericarum corpus Henricus Stephanus recepit (Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἀγὼν κτἑ. 1573) sed ita ut ab emendandis illis manum abstineret. Inde diu iacuere neglecta, quoad a Curtio Wachsmuthio in Mus. Rhen. vol. XVIII p. 625 sqq. denuo in lucem protracta non minus emendatione verborum quam explicatione rerum in formam sententiamque veriorem vindicarentur subscriptis infra Homeri versibus a parodo detortis.

De prioris fragmenti poeta Wachsmuthius docuit duplicem memoriam ipsi Dioni deberi; orator enim sicut verbis quibus illud inducit (τὶς τῶν σαπρῶν τούτων ποιητῶν) parodum significat sibi ipsi esse aequalem, ita verbis extremis (ὅπως μὴ μόνοι δοκῆτε εἶναι γελοῖοι) illum non fuisse hominem Alexandrinum aperte testatur. Describuntur ludorum circensium qui equorum curriculis fiebant turbae atque tumultus, cuius descriptionis vis parodica maxime nititur similitudinibus homericis nullo fere verbo immutato petulanti cum ludificatione ad certaminum circensium argumenta deflexis. Quod fragmentum quamquam non minus triginta sex versibus continetur, tamen, ut monet Wachsmuthius, exigua tantummodo pars est carminis integri, cum haec verba Dio subiciat: ταῦτα μὲν ὑμῖν ἀπὸ πολλῶν

καὶ φαύλων ὀλίγα. Id quod in verbosa huius parodi loquacitate mirandum non est.

Alterius fragmenti quattuor versus qui ad ludos publicos in amphitheatro actos spectare videntur, num eiusdem sint parodi ego cum Wachsmuthio in dubio relinquo, esse tamen verisimillimum libenter concedo.

VIII a

FRAGMENTVM

ἅρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πουλοβοτείρῃ,
ἄλλοτε δ' ἀίξασκε μετήορα· τοὶ δὲ θεαταὶ
θώκοις ἐν σφετέροις οὔθ' ἕστασαν οὐδὲ κάθηντο
χλωροὶ ὑπαὶ δείους πεφοβημένοι, οἵ δ' ὑπὸ νείκης
ἀλλήλοισί τε κεκλόμενοι καὶ πᾶσι θεοῖσι
χεῖρας ἀνίσχοντες μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστοι.

HOMERI DETORTI VERSVS

1 sqq. *ἅρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πουλυβοτείρῃ,*
ἄλλοτε δ' ἀίξασκε μετήορα· τοὶ δ' ἐλατῆρες
ἕστασαν ἐν δίφροισι Ψ 368 sqq.
4 *χλωροὶ ὑπαὶ δείους πεφοβημένοι* Ο 4
5 sq. *ἀλλήλοισί τε κεκλόμενοι καὶ πᾶσι θεοῖσι*
χεῖρας ἀνίσχοντες μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστος Θ 346 sq.

TESTIMONIVM

Dio Chrysostomus orat. XXXII 81 p. 693 Reiske: *ὑμῶν δ' οὐδεὶς ἐν τῇ θεᾳ καθέστηκεν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον πέτεσθε τῶν ἵππων καὶ τῶν ἡνιόχων καὶ γελοίως ἐλαύνετε καὶ ἡνιοχεῖτε καὶ διώκετε καὶ ἡγεῖσθε καὶ πίπτετε. τοιγαροῦν οὐ κακῶς τις παρεποίησε τῶν σαπρῶν τούτων ποιητῶν· «ἅρματα — ἄνακτι». ταῦτα μὲν ὑμῖν ἀπὸ πολλῶν καὶ φαύλων ὀλίγα, ὅπως μὴ μόνοι δοκῆτε εἶναι γελοῖοι.*

VARIETAS LECTIONIS

4 *οἵ δ'* Urbinas: *οὐδ'* ceteri, *ἠδ'* Selden *νείκης* corr. Wachsmuth pro *νίκης*

ἠύτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει ἠεροφώνων
ὣς ἐπεὶ οὖν ζῦθόν τ' ἔπιον καὶ ἀθέσφατον οἶνον,
κλαγγῇ τοί γε πέτονται ἐπὶ σταδίοιο κελεύθου.
οἱ δ', ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν,
οὖλον κεκλήγοντες, ὅτε προίδωσιν ἰόντα
ἵππον, ὃς ἀνθρώποισι πόνον φέρει ἠλιθίοισιν,
ὣς οἱ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔπιπτον.
ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωάς,
ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθέ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ,
πάντῃ δ' εἰλυφόων ἄνεμος φέρει, οἱ δέ τε θάμνοι
πρόρριζοι πίπτουσιν ἐπειγόμενοι πυρὸς ὁρμῇ·
ὣς οἱ μὲν μάρναντο πυρὸς δέμας, οὐδέ κε φαίης
οὐδέ ποτ' ἠέλιον σόον ἔμμεναι οὔτε σελήνην.

HOMERI DETORTI VERSVS

7 sqq. ἠύτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό,
αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον,
κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων Γ 3 sqq.
7 ἠεροφώνων* Σ 505
10 sqq. τῶν δ', ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν,
οὖλον κεκλήγοντες, ὅτε προίδωσιν ἰόντα
κίρκον, ὅ τε σμικρῇσι φόνον φέρει ὀρνίθεσσιν Ρ 755 sqq.
13 ὣς οἳ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν Π 430
14 ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωάς Ε 499
15 ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθέ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ Υ 490
16 sq. πάντῃ τ' εἰλυφόων ἄνεμος φέρει, οἱ δέ τε θάμνοι
πρόρριζοι πίπτουσιν ἐπειγόμενοι πυρὸς ὁρμῇ Λ 156 sq.
18 sq. ὣς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρός, οὐδέ κε φαίης
οὔτε ποτ' ἠέλιον σόον ἔμμεναι οὔτε σελήνην Ρ 366 sq.

VARIETAS LECTIONIS

7 ἠεροφώνων Dilthey Anal. Callim. sent. contr. IV, ἠεροφοιτῶν Stadtmueller: ἠὲ κολοιῶν libri 8 ὣς corr. Wachsmuth pro αἵτ' 9 τοί γε corr. Wachsmuth pro ταίγε ἐπὶ corr. pro ἀπὸ Emperius qui malit κέλευθα; ἀπὸ στ. κέλευθον Stadtm. 12 πόνον pro φόνον corr. Wachsm., φόβον Dilthey

οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν,
ἀνδρῶν κουφονόων φιλαεθλοτάτων ἀγερώχων.
ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετ' αἰθέρα καὶ Διὸς αὐγάς.
ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον·
'οἰνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο,
τί πτώσσεις; τί δ' ὀπιπτεύεις κατὰ τέρμ' ἐν ἀγῶνι;
εἰ δ' ἄγε νῦν πείρησαι, ἵνα κναφθεὶς ἀποτίνῃς.'
τὸν δ' αὖθ' Ἱπποκόων ἀπαμειβόμενος προσέειπε·
'τέττα, σιωπῇ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ·
ἠπεδανὸς δέ νύ τοι θεράπων, βραδέες δέ τοι ἵπποι.'
τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος·
'οὐχ ὁράᾳς, οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε;
ἀλλ' ἔπι τοι κἀμοὶ θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιή.
αἲ γάρ πως ὑμᾶς γε καὶ αὐτοὺς ἐνθάδε πάντας

HOMERI DETORTI VERSVS

20 οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν Z 146
21 Τρώων ἀγερώχων* Γ 36 al.
22 ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετ' αἰθέρα καὶ Διὸς αὐγάς N 837
23 ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον B 271
24 οἰνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο A 225
25 τί πτώσσεις, τί δ' ὀπιπτεύεις πολέμοιο γεφύρας; Δ 371
ἐλαυνέμεν ἅρμ' ἐν ἀγῶνι* Ψ 531
26 εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι, ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε A 302
ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ* I 512
27 τὸν δ' αὖτ' Αἰνείας ἀπαμειβόμενος προσέειπε Υ 86
28 τέττα, σιωπῇ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ Δ 412
29 ἠπεδανὸς δέ νύ τοι θεράπων, βραδέες δέ τοι ἵπποι Θ 104
30 τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος Τ 404
31 sq. οὐχ ὁράᾳς, οἷος καὶ ἐγὼ καλός τε μέγας τε;
ἀλλ' ἔπι τοι καὶ ἐμοὶ θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή Φ 108, 110
33 αἲ γάρ πως αὐτόν με μένος καὶ θυμὸς ἀνείη X 346
ἐνθάδε πάντας* E 823 al.

VARIETAS LECTIONIS

21 φιλαεθλοτάτων corr. Wachsmuth pro φιλαοιδοτάτων 22 αὐλὰς Reiske 25 τέρμ' Stadtmueller corr. pro ἅρμ' 26 κναφθεὶς corr. Emperius de orat. Corinth. p. 23 pro καμφθεὶς

δπλήεντας ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
ὡς μή μοι τρύζητε καθήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος.'
ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' εὔχοντο Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι.

HOMERI DETORTI VERSVS

34 αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη *T* 407
35 ὡς μή μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος *I* 311
36 ὣς ἔφαθ', οἱ δ' εὔχοντο Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι *H* 200

COMMENTARIVS

Priusquam ad singula interpretanda accedamus quaestio exoritur gravissima, num iure omnino totam hanc eclogam Dio apposuerit ut ad mores Alexandrinorum irridendos idoneam, quos dicit non minus ridiculos esse in spectandis ludis quam ipsos aurigas in agitandis equis. Nam qui testimonium supra adlatum legerit, verba *τοιγαροῦν οὐ κακῶς παρεποίησε κτἑ.* non tam ad prius enuntiationis antecedentis membrum quod paucis verbis continetur (*ὑμῶν δὲ οὐδεὶς ἐν τῇ θέᾳ καθέστηκεν*) quam ad posterius et verbis multo amplius et sententiis elatius (*ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον — πίπτετε*) referet; itaque suspicabitur non modo versibus 2—6, qui aperte sunt de spectatoribus, sed etiam reliqua parte eclogae, imprimis versibus 7—21, ubi similitudines homericae supra modum fere cumulantur, spectatorum ridiculam concitationem a parodo describi. Attamen similitudines illae omnes non ad spectatores, sed ad aurigas pertinent, quibus solis conveniunt; coacervandis autem illis imitatur parodus locum Homeri simillimum *B* 455—473, in quibus e rerum natura cum alia tum ignis grues folia ad describendam Argivorum multitudinem et turbam adhibentur. Quo exemplo homerico etiam cavetur ne quis propter formulas *τοί γε* (v. 9), *οἱ δὲ* (v. 10), *οἱ μὲν* (v. 18) animum inducat similitudines illas partim ad aurigas, partim ad spectatores referre; ne diversae quidem aurigarum factiones statui pos-

sunt — quae num omnino circa exitum primi p. Chr. n. saeculi apud Graecos fuerint sicut fuere apud Romanos valde dubium est[1]) — sed ut solet apud Homerum formulis illis (οἱ δέ, οἱ μέν) adhibitis de eodem subiecto oratio propagatur (sic *B* 459 τῶν δέ, 474 τοὺς δέ). Itaque cum v. 7—21 ad agitatores solos pertineant, aut errasse Dionem sumere debemus ut illis quoque versibus depingi spectatores intellexisse putandus sit (cf. in testimonio πέτεσθε et v. 9 πέτονται, in testimonio πίπτετε et v. 13 ἔπιπτον, v. 17 πίπτουσιν), aut primis illis versibus (1—6) adlatis iusto longius provectum reliquos animi causa addidisse. Mihi quidem illud verisimilius videtur.

Unum tamen cumulatis illis similitudinibus effici videtur, ut diversa certaminis momenta proponantur: ut enim v. 7—9 (cfr. imprimis v. 8) cursus initium describitur, sic v. 10—13 primus certantium concursus illustratur (v. 13 ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔπιπτον); quem sequitur ardor pugnae incitatus (v. 18 μάρναντο πυρὸς δέμας), nimirum non sine aurigarum altercatione v. 23 sqq.

Iam de singulis breviter absolvamus. **V. 4** retinui Urbinatis scripturam οἱ δὲ, qua binae accuratius discernuntur spectatorum factiones pro diversorum aurigarum aut clade aut victoria partim timore pallentium partim laetitia exsultantium. **V. 7** pro ἠὲ κολοιῶν, quod e v. 10 perperam inlatum esse apparet, Diltheius ἠεροφώνων coniecit praeconum ut scis apud Homerum epitheton; quae coniectura eo quoque commendatur, quod etiam Oppianus hal. I 620 eundem v. *Γ* 3 imitatus eodem epitheto utitur. Tamen nescio an rectius Stadtm. ἠεροφοιτῶν coll. Orph. lith. 45 ὅσσα τε κεκλήγασι .. ἠεροφοῖται | οἰωνοί. **V. 8.**

---

1) Diversorum pannorum mos ad Alexandrinos certe tunc temporis a Romanis nondum translatus erat; trium enim vel quattuor aurigarum numerum uno in certamine prodeuntium Dio commemorat or. XXXII p. 673 Reiske.

Vinolentos certamina iniisse aurigas cernitur etiam ex v. 24 (*οἰνοβαρές*). **V. 20** ridicule deflectitur clarissima illa generis humani cum foliis arborum comparatio homerica: foliorum instar aurigarii e curribus deturbantur tamquam vento abrepti (cf. *ἄνεμος* v. 14 et 16); quae comparatio ad aurigarios detorta eo magis risum movet, quod alterum quod est apud Homerum membrum, *ἄλλα δέ θ' ὕλη τηλεθόωσα φύει*, nimirum ad irritum redigitur. **V. 22** de voce *ἀμφοτέρων* explicanda despero equidem, cum duarum certantium factionum nulla mentio antecedat. Diltheius de duobus aurigariis cogitaverat, qui v. sq. altercantes inducuntur, nimis audacter; itaque Homeri recordatione videtur verbum expulsum esse quod certantium notionem referret. **V. 23** incipit duorum aurigarum altercatio iam ad metam appropinquantium aurigis et equis aeque perniciosam. Verissime enim Stadtmuellerus v. 25 restituit *τί δ' ὀπιπτεύεις κατὰ τέρμ' ἐν ἀγῶνι* collato *Ψ* 323 *αἰεὶ τέρμ' ὁρόων* (=*ὀπιπτ.*) *στρέφει ἐγγύθεν.* Pariter minae ab Hippocoontis adversario v. 26 iactatae respondent Nestoris praecepto *Ψ* 340 sq.: *λίθου δ' ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν, μή πως ἵππους τε τρώσῃς κατά θ' ἅρματα ἄξῃς.* **V. 30** adversarii equus interpellat Hippocoontem, a quo reprehensus erat, ad pulchritudinem et magnitudinem suam provocans; tamen ut sibi ipsi, ita superbo quoque adversario ad metam perniciem imminere. Ab hoc uno equorum castigatore v. 33 equus ad omnes se convertit spectatores (cf. *ὑμᾶς ἐνθάδε πάντας* et *καθήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος*). **V. 34** *ὁπλήεντας* docet Wachsmuthius non a nomine *ὅπλον*, sed a nomine *ὁπλή*, 'ungula', derivandum esse: proclive dicit equus hominibus esse equos obiurgare; a qua obiurgatione fore ut illi protinus desisterent, si ipsi ungulis essent praediti, i. e. equi essent. Denique Herae nomen, ut monet Wachsmuthius, poeta ideo fortasse ex exemplo homerico retinuit, ut in illius cognomine *ὁπλοσμία* ambigue luderet. **V. 36** ad spectatorum vota

(cf. v. 6) poeta revertit; unde etiam luculentius apparet similitudines illas omnes non posse referri nisi ad certantes: nam ut incipit ecloga a spectatorum votis, sic desinit in eadem haec vota, in quibus nuncupandis occupati sunt spectatores dum certant aurigae.

VIII b

FRAGMENTVM

μῖμοι τ' ὀρχησταί τε χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι
ἵππων τ' ὠκυπόδων ἐπιβήτορες, οἵ κε τάχιστα
ἤγειραν μέγα νεῖκος ἀπαιδεύτοισι θεαταῖς
νηπιάχοις, ξυνὸν δὲ κακὸν πολέεσσι φέρουσιν.

HOMERI DETORTI VERSVS

1 *ψεῦσταί τ' ὀρχησταί τε, χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι* Ω 261
2 sq. *ἵππων τ' ὠκυπόδων ἐπιβήτορας, οἵ κε τάχιστα*
ἔκριναν μέγα νεῖκος ὁμοιίου πολέμοιο σ 263 sq.
4 *νηπίαχοι· ξυνὸν δὲ κακὸν πολέεσσι τιθεῖσι* Π 262

TESTIMONIVM

Dio Chrysostomus or. XXXII 4 p. 654 Reiske: *οὔτε γὰρ αὐτοὶ σπουδαῖοί ἐστε οὔτε οἱ ὑμέτεροι συνήθεις καὶ πολλάκις εἰς ὑμᾶς εἰσιόντες, «μῖμοι — φέρουσιν».*

VARIETAS LECTIONIS

Cum v. 1 *χοροιτυπίῃσιν* et languidius videatur ut simpliciter ex Homero depromptum et minus commode dictum hoc loco de mimis, Wachsmuthius quamquam in tam exiguo fragmento certum iudicium facere non vult, tamen non tam de saltatoribus cogitandum esse putat quam de cinaedis, quorum ad obscoenas saltationes maxime conveniret si scriptum esset *χαμαιτυπίῃσιν.*

IX

Anonymus poeta Galeni fere aequalis

Incerti poetae carmen didacticum a Galeno partim prosa oratione redditum, partim versibus memoriter prolatis post Charterium Gatakerum Willetum varie tractarunt Schneidewinus (Mus. Rh. IV 1845 p. 297), Bergkius ('Classical Museum' III 1846 p. 117), Burgesius ('Revue de phil.' II 1847 p. 228), Hauptius (Herm. IV 1870 p. 27 = Opusc. III p. 445), Cobetus (Mnemos. IV 1876 p. 352, X 1882 p. 178), Crusius denique in commentatione quam inscripsit 'ein Lehrgedicht des Plutarch' (Mus. Rh. XXXIX 1884 p. 581). Atque Schneidewinum et Bergkium qui 'mythum' illum a Galeno relatum admodum sane dubitanter Xenophanis Sillis tribuebant, Crusius refutavit (cf. Wachsmuthium fasc. II p. 62), Crusium qui illum Plutarchi Chaeroneensis esse suspicatur eoque e carmine depromptum, quod in Lampriae qui dicitur catalogo inter cetera Plutarchi scripta recenseatur numero 127 signatum (p. 12 Treu) *περὶ ζῴων ἀλόγων ποιητικός*, Gerckius breviter et acute refellit Mus. Rh. XLI 1886 p. 470 sqq. Nos satis habemus adstipulari Hauptio carminis auctor quis fuerit investigari posse neganti, nisi quod verisimile sit fuisse illum quem Galenus non nominet, huius ipsius aequalem, cum a Galeno *οὐκ ἀμούσων ἀνδρῶν τις* appelletur; similiter Gellium N. A. XIX 11 nomen omittere cum dicat 'amicus meus, *οὐκ ἄμουσος* adulescens'.

Numeri carminis a Galeno plerumque ita obscurati sunt, ut nullo modo reciperari possint. Tamen lectores celare nolui quales Hauptius fere putaverit illos fuisse assentiente Crusio; Homeri autem locos similes ideo uberius subieci, quo facilius de pristina forma versuum, qui prosa nunc oratione soluti sunt, coniectura fieri posset.

TESTIMONIVM et FRAGMENTVM

Galeni Protrept. cap. XIII p. 35 Kuehn: Ὅτι μὲν εἰς οὐδὲν τῶν κατὰ τὸν βίον ἔργων χρήσιμος ἡ τῶν ἀθλητῶν ἄσκησις, εὖ οἶδ᾿ ὅτι, σαφὲς ἤδη γέγονεν· ὅτι δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς οἷς ἀσκοῦσιν, οὐδενός εἰσιν ἄξιοι λόγου, μάθοιτ᾿ ἄν, εἰ διηγησαίμην ὑμῖν τὸν μῦθον ἐκεῖνον, ὃν τῶν οὐκ ἀμούσων ἀνδρῶν τις ἐντείνας ἔπεσι διεσκεύασεν. ‖ ἔστι δ᾿ οὗτος· p. 36 K.

Εἰ Διὸς γνώμῃ πᾶσι τοῖς ζῴοις ὁμόνοια καὶ κοινωνία γένοιτο πρὸς τὸν βίον, ὡς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ κήρυκα μὴ μόνον ἀνθρώπους τοὺς ἀγωνιουμένους καλεῖν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐπιτρέπειν τοῖς ζῴοις εἰς τὸ στάδιον ἥκειν, οὐδ᾿ ἕν᾿ ἂν ἄνθρωπον οἶμαι στεφθήσεσθαι. ἐν μὲν γὰρ δολίχῳ ὑπέρτατος, φησίν, ὁ ἵππος ἔσται,
τὸ στάδιον δὲ λαγωὸς ἀποίσεται, ἐν δὲ διαύλῳ
δορκὰς ἀριστεύσει· μερόπων δ᾿ ἐναρίθμιος οὐδεὶς
ἐν ποσίν. ὦ κοῦφοι ἀσκήτορες, ἄθλιοι ἄνδρες.

HOMERI VERSVS SIMILES

7 Διὸς δ᾿ ἐτελείετο βουλή | Α 5 al.
βουλῇ Διός hymn. Ven. 23
Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ | ξ 328 al.
Ζηνὸς πυκινόφρονα βουλήν | hymn. Merc. 538
Διὸς βουλῇσιν Ν 524
Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς | Θ 82
8 αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον
τοῖος πᾶσιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γένοιτο Δ 288 sq.
μὴ τοῦτο φίλον Διὶ πατρὶ γένοιτο | η 316
12 πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται | ι 25   ἔσσεται ὅρκος | Α 239
13 λαγωόν* Κ 361   ἀποίχεται* δ 109   ἀποίσετον* Ε 257
14 | αἰὲν ἀριστεύειν Ζ 208 al.
οὔτε ποτ᾿ ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος οὔτ᾿ ἐνὶ βουλῇ Β 202
ἐναρίθμιον εἶναι | μ 65   οὐδέν | δ 195 al.

VARIETAS LECTIONIS

3 ἐν αὐτοῖς οἷς pro ἐν ἑαυτοῖς οἷς Goulston, ἐν οἷς Marquardt   11 ἥκειν Haupt pro ἥκειν ἓν   12 δολίχῳ: δολιχῷ vulgo   ὑπέρτατος Chartier: ὑπέρτατα, φησὶν ὁ ἵππος ἔσται ed. Aldina et Basileensis   15 ἀσκητῆρες ante Hauptium

Ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀφ' Ἡρακλέους τις ἐλέφαντος ἢ λέοντος ἰσχυρότερος ἂν φανείη. οἶμαι δ' ὅτι καὶ ταῦρος πυγμῇ στεφθήσεται. καὶ ὄνος, φησί, λὰξ ποδί, εἰ βούλεται, ἐρίσας αὐτὸν τὸν στέφανον οἴσεται· αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυπείρῳ γράψεται ὄνος, ὅτι παγκράτιον ἐνίκησέ ποτ' ἄνδρας·

εἰκοστὴ καὶ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἦν, ὅτ' ἐνίκα
ὀγκητής. ‖ p. 3'

Πάνυ χαριέντως οὗτος ὁ μῦθος ἐπιδείκνυσι τὴν ἀθλητικὴν ἰσχὺν οὐ τῶν ἀνθρωπίνων οὖσαν ἀσκημάτων.

HOMERI VERSVS SIMILES

17 *ἢ σῦς ἠὲ λύκους ποιήσεται ἠὲ λέοντας* κ 433
οὔτ' οὖν παρδάλιος τόσσον μένος οὔτε λέοντος | P 20
ἠδὲ λέοντος | κ 218
18 | *πυγμῇ νικήσαντ'* Ψ 669 | *λὰξ ποδὶ κινήσας* K 158
οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆι ῥηξήνορι χωρήσειεν
ἔν γ' αὐτοσταδίῃ· ποσὶ δ' οὔ πως ἔστιν ἐρίζειν N 324 sq.
20 *ἐν Ἄργεϊ περ πολυπύρῳ* | O 372
| *γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ* Z 169
21 *βουλὴ δὲ κακὴ νίκησεν ἑταίρων* | κ 46 *νίκησε** Ψ 604
22 *πόδεσσι δὲ πάντας ἐνίκα* | Υ 410 al.

VARIETAS LECTIONIS

18 *λὰξ ποδί* Haupt, *λὰξ ποσί* Burges: *λὰξ ὅτι* vulgo

Mythum sic refinxit Hauptius:

Εἰ Ζηνὸς γνώμῃ ζῴοις ὁμόνοια γένοιτο
πᾶσιν πρὸς βίον, ὡς τὸν Ὀλυμπιακὸν κήρυκα
μὴ μόνον ἀνθρώπους ἐς ἀγωνισμοὺς προκαλεῖσθαι,
πᾶσιν δὲ ζῴοις ἐπιτρωπᾶν ἐς στάδι' ἥκειν,
οὐδέν' ἂν ἀνθρώπων δοξάζω στεφθήσεσθαι.
ἐν μὲν γὰρ δολιχοῖσιν ὑπέρτατος ἔσσεται ἵππος,

---

5 *οὐδέν' ἂν ἀνθρώπων στεφθήσεσθαί ποτ' ὀίω* praeferam
6 *ἐν μὲν γὰρ δολίχῳ πανυπέρτατος ἔσσεται ἵππος* Chartier

τὸ στάδιον δὲ λαγωὸς ἀποίσεται, ἐν δὲ διαύλῳ
δορκὰς ἀριστεύσει, μερόπων δ' ἐναρίθμιος οὐδεὶς
ἐν ποσίν, ὦ κοῦφοι ἀσκήτορες, ἄθλιοι ἄνδρες.
ἀλλ' οὐ μήν ποτε τῶν τις ἀφ' Ἡρακλέους ἐλέφαντος
ἰσχύι ἠὲ λέοντος ὑπέρτερος οὔ κε φανείη.
οἶμ' ὅτι καὶ ταῦρος πυγμῇ στεφθήσετ', ὄνος δὲ
λὰξ ἐρίσας ποδί, αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυπείρῳ
γράψεθ' ὀθούνεκα παγκράτιον νίκησέ ποτ' ἄνδρας·
'εἰκοστὴ καὶ πρώτη ὀλυμπιὰς ἦν ὅτ' ἐνίκα
Ὀγκητής'.

---

12 ταῦρος δ' αὖτ', οἴω, πυγμῇ στεφθήσετ'· ὄνος δὲ
λὰξ ποδί, αἴ κ' ἐθέλῃσ', ἐρίσας στέφος οἴσεται αὐτό,
αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυπείρῳ γράψετ' ⟨ἔπειτα⟩,
ὡς δὴ παγκράτιον ⟨κεῖνος⟩ νίκησέ ποτ' ἄνδρας· Stadtm.

COMMENTARIVS

L. 10. *Οἱ ἀφ' Ἡρακλέους* dicebantur ii Olympionicae, qui duplicem palmam et *πάλην* et *παγκράτιον* tulerant, cf. Cobetum de Philostrati libello *περὶ γυμναστικῆς* p. 75. **L. 15.** 'Illud *ὦ κοῦφοι ἀσκήτορες, ἄθλιοι ἄνδρες*, poeta ita dixit ut significaret merito dici *ἀθλητὰς* qui *ἄθλιοι* essent. Similiter in hoc nomine et alii luserunt et ipse Galenus cap. 11, *σωματικῆς μὲν οὖν ὑγιείας ἕνεκα φανερὸν ὡς οὐδὲν ἄλλο γένος ἀθλιώτερόν ἐστι τῶν ἀθλητῶν, ὥστ' εἰκότως ἄν τις εἴποι εὐφυῶς ὀνομάζεσθαι, τῶν ἀθλητῶν προσαγορευθέντων, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀθλητοῦ τὴν προσηγορίαν τῶν ἀθλίων ἐσχηκότων, ἢ κοινῶς ἀμφοτέρων καθάπερ ἀπὸ πηγῆς μιᾶς τῆς ἀθλιότητος ὠνομασμένων.* Ubi vereor ne Galenus *τῶν ἀθλητῶν ἀπὸ τοῦ ἀθλίου προσαγορευθέντων* vel simili aliquo modo scripserit'. Hauptius. **L. 19** recte ni fallor verba *εἰ βούλεται* ad asini *νώθειαν* (cf. *Λ* 559) refert Crusius. **L. 20** *ἱστορίῃ πολύπειρος* sunt fasti olympiaci eorum nomina referentes, qui multis conatibus exercitati palmam ferre didicerunt. **L. 22.** Cur vicesima prima maxime olympias a poeta sit delecta nescitur.

VII

FRAGMENTA DVBIA

I a b

Bina versiculorum frustula ab Aristotele eodem capite 21 Poeticae, cui fragmentum incertum VI debetur, paulo infra adlata propter illius versus viciniam originis parodicae esse Wachsmuthius suspicatur.

FRAGMENTA

a

χαλκῷ ἀπὸ ψυχὴν ἀρύσας

b

τεμὼν ⟨μιν⟩ ἀτειρέι χαλκῷ

HOMERI VERSVS SIMILIS

τοῦ δ' ἀπὸ μὲν γλῶσσαν πρυμνὴν τάμε χαλκὸς ἀτειρής E 292

TESTIMONIVM

Aristot. poet. 21, p. 1457b 13: *ἀπ' εἴδους δὲ ἐπὶ εἶδος, οἷον «χαλκῷ — ἀρύσας» καὶ «τεμὼν — χαλκῷ»· ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν ἀρύσαι ταμεῖν, τὸ δὲ ταμεῖν ἀρύσαι εἴρηκεν· ἄμφω γὰρ ἀφελεῖν τι ἐστίν.* In fr. b ⟨*μιν*⟩ suppl. Wachsm.

II

Ad idem Plutarchi quod esset carmen didacticum ad quod fragmentum incertum IX supra adlatum pertinet, hos quoque versus Crusius refert, quos Plutarchus ipse

suo ex carmine memoraverit; sed dubitari potest num ex quo carmine omnino sint deprompti; talia enim scriptor ex tempore fundere potuit.

FRAGMENTVM

οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες οὐδὲ παλαισταί,
οὐδὲ ποσὶ κραιπνῶς θέομεν.

HOMERI DETORTI VERSVS

οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες οὐδὲ παλαισταί,
ἀλλὰ ποσὶ κραιπνῶς θέομεν καὶ νηυσὶν ἄριστοι θ 246 sq.

TESTIMONIVM

Plutarch. *περὶ τύχης* cap. III p. 98F: «*οὐ — θέομεν*», *ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις ἀτυχέστεροι τῶν θηρίων ἐσμέν.*

III

Fortasse comico tribuendum est.

FRAGMENTVM

ἄγρια τῶν παρασίτων
φῦλα

HOMERI DETORTI VERSVS

καὶ ἄγρια φῦλα Γιγάντων | η 206 *ἄγρια φῦλα*
μυίας, αἵ ῥά τε φῶτας ἀρηιφάτους κατέδουσιν Τ 30 sq.

TESTIMONIVM

Clem. Alex. p. 62, 11 Sylb. = I p. 217, 21 Dind.

VIII

ARCHESTRATVS GELENSIS

Archestrati Gelensis, Hedypathiae scriptoris, memoria quod ad hanc aetatem permansit uni Athenaeo debemus qui propter singulare illius carminis argumentum vix habuit quod per Dipnosophistarum libros uberius et commodius in usum suum converteret. Ac longe plurima quidem Archestrati fragmenta in iis Dipnosophistarum partibus proposita quas quin Athenaeus paene integras ex Pamphilo lexicographo in opus suum transcripserit vix iam poterit addubitari[1]), sine ulla fontium commemoratione inter cetera poetarum testimonia locum habent, in aliis autem fragmentis afferendis auctores quibus aliquam Archestrati vel carminis Archestratei notitiam debeat hos nominat: Clearchum Solensem, Aristotelis discipulum (I 4e; VII 285c et VIII 337ab *ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν*, X 457c—e *ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παροιμιῶν*), Lynceum Samium, Theophrasti discipulum (I 4e; VII 285ef et 295a *ἐν τῇ πρὸς Διαγόραν ἐπιστολῇ*; VIII 313f—314a *ἐν τῇ ὀψωνητικῇ τέχνῃ, ἣν προσεφώνησέ τινι τῶν ἑταίρων δυσώνῃ*), Chrysippum (III 104ab, VII 278ef, VIII 335b—e), Lycophronem (VII 278ab *ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας*), denique Callimachum (I 4e), qui in pinaces inter cetera carmina epica *Ἡδυπάθειαν* quoque rettulit apposito primo carminis versu

Ἱστορίης ἐπίδειγμα ποιούμενος Ἑλλάδι πάσῃ.

---

1) Cfr. Iulius Schoenemann, de lexicographis antiquis qui rerum ordinem secuti sunt, Hannov. 1886.

Quos scriptores ipsosne legerit Athenaeus an ex fontibus quibusdam, fortasse paucis, cognoverit, ea quaestio cum omnino ad liquidum nondum perducta sit, hoc loco expediri neque potest neque debet. Neque magis de plurimis illis fragmentis constat, quae nuda apponit; quae cum e Clearcho Lynceo aliis quos nominatim appellat haurire non potuerit, relinquitur ut aut ex ipso carminis Archestratei exemplari excerpserit aut e lexicographo aliquo desumpserit. Prius illud ea maxime de causa verisimile est, quod nullum omnino apud lexicographos Graecos Archestrati vestigium apparet; atque Athenaeus quod Hedypathiae scriptorem pari ubique sive indignatione sive cavillatione producit (cf. VII 294e, 295f, 303e, VIII 335f al.), non tam suum iudicium sequi quam Clearchi et Chrysippi fastidium imitari videtur (cf. X 457c sqq., VIII 335be al.).[1])

Hanc igitur quaestionem missam faciamus; sed unus adest locus libri VII p. 294e, ubi aliquid turbatum esse ut alii[2]) viderunt ita nobis de ea re paulo accuratius quaerere operae pretium visum est. Exponit scriptor de pisce cui Graeci *γαλεός* nomen tribuunt: *Ἀρχέστρατος δὲ ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλλῳ ζήσας βίον περὶ τοῦ ἐν Ῥόδῳ γαλεοῦ λέγων τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖται τῷ παρὰ Ῥωμαίοις μετ' αὐλῶν καὶ στεφάνων εἰς τὰ δεῖπνα περιφερομένῳ, ἐστεφανωμένων καὶ τῶν φερόντων αὐτόν, καλούμενόν τε ἀκκιπήσιον.* | *ἀλλ' οὗτος μὲν μικρὸς καὶ μακρορρυγχότερός ἐστι καὶ τῷ σχήματι τρίγωνος ἐκείνων μᾶλλον· τούτων δ' ὁ εὐτελέστατος καὶ μικρότατος οὐχ ἧττον Ἀττικῶν χιλίων πιπράσκεται.* | *Ἀπίων δ' ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ Ἀπικίου τρυφῆς τὸν ἔλοπα καλούμενον τοῦτόν φησιν εἶναι τὸν ἀκ-*

---

1) Sic rectissime iudicat Schoenemannus l. l. p. 111 adn., qui tamen utrum Athenaeus ipsum poetae carmen habuerit necne in dubio relinquit l. l. p. 85.

2) Schoenemannus l. l. p. 85 sqq. et Kaibelius ad locum.

κιπήσιον. | ἀλλ' ὅ γε Ἀρχέστρατος περὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ γαλεοῦ λέγων τοῖς ἑταίροις πατρικῶς πως συμβουλεύων φησίν: fr. XXI. | τούτων τῶν ἐπῶν μνησθεὶς καὶ Λυγκεὺς ὁ Σάμιος κτἑ. Iam hoc certissimum est Archestratum hominem quarti a. Chr. n. saeculi ne ut Siculum quidem dicere potuisse de mirabilibus illis honoribus, qui acipenseri in Romanorum conviviis habebantur tunc temporis ab ea luxuria alienissimorum.[1]) Sed si hunc locum cum aliis duobus quos subiciam comparaveris, facile quid erroris subsit apparebit.

Athenaeus VII p. 310e postquam Archestrati quod est de cane carcharia fragmentum XXIII laudavit, sic pergit: τούτου τοῦ ἰχθύος μέρος ἐστὶ καὶ ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενος θυρσίων (tursio Plin. N. H. IX 34), ἥδιστος ὢν καὶ τρυφερώτατος. Item VII p. 330b adlato fragmento XXXII: Ῥωμαῖοι δὲ καλοῦσι τὴν ψῆτταν ῥόμβον, καί ἐστι τὸ ὄνομα Ἑλληνικόν. Eadem igitur quae illic est piscium nominum graecorum et latinorum comparatio, his quoque duobus locis occurrit ex lexicographo aliquo deprompta et fragmentis Archestrateis adiuncta. Itaque cum interpretatio illa qua galeus idem esse dicitur Graecis qui Romanis acipenser, grammaticum redoleat, non poetam, de loci VII 294e forma hoc statuendum est, post λέγων excidisse grammatici nomen hunc fere in modum: Ἀρχέστρατος δὲ ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλλῳ ζήσας βίον περὶ τοῦ ἐν Ῥόδῳ γαλεοῦ λέγων — ⟨τοῦτον δὲ ὁ δεῖνα μὲν⟩ τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖται κτἑ. | ἀλλ' οὗτος μὲν μικρὸς κτἑ. | Ἀπίων δ' ὁ γραμματικὸς κτἑ. | — ἀλλ' ὅ γε Ἀρχέστρατος περὶ τοῦ

1) Cf. Schoenemannum p. 87 haec quoque monentem, fragmentum XXI quod est de galeo ut integrum esse videri, ita prorsus nullam Romanorum habere rationem; neque vero usquam Archestratum in piscibus enumerandis de moribus ab aliis gentibus observatis loqui, id quod procul absit ab illius consilio.

῾Ροδιακοῦ γαλεοῦ λέγων κτἑ. Omnia igitur post λέγων usque ad verba ἀλλ' ὅ γε 'Α. parenthesis loco sunt habenda, qua absoluta scriptor verbis ἀλλ' ὅ γε 'Α. ad propositum revertitur. Librarius autem a voce τοῦτον ad τὸν αὐτόν aberravit.[1]) Qua re factum est, ut nomen Archestrati pro eo poneretur, cuius perversa galei nominis versio latina refutanda erat.

Is quinam fuerit statim ex alio Athenaei loco demonstrabo. Libro enim IV p. 170e sermo est de ea differentia quae inter τραπεζοκόμον et τραπεζοποιόν intercedat: ζητητέον δὲ εἰ καὶ ὁ τραπεζοκόμος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τραπεζοποιῷ.[2]) 'Ιόβας γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς ῾Ομοιότησι (fr. I ap. Mueller. FHG III p. 483) τὸν αὐτὸν εἶναί φησι <τὸν addidit Kaibelius> τραπεζοκόμον καὶ τὸν ὑπὸ ῾Ρωμαίων καλούμενον στρούκτωρα, παρατιθέμενος ἐκ δράματος 'Αλεξάνδρου ᾧ ἐπιγραφὴ Πότος fragmentum (IV 554 Mein.). Quae si quis cum eo Athenaei loco unde egressi sumus (VII 294e) composuerit, illic quoque sermonis graeci et latini comparationem iisdem fere verbis expressam Iubae esse per se intelleget, qui in eo libro, cui ῾Ομοιότητες titulus fuit, rerum nomina et instituta vitae quae apud alias gentes essent cum graecis contulerit.[3])

---

1) Si statuere licet codicem Marcianum accuratam referre prototypi imaginem, verba quae excidisse videntur unius versus integri spatium explebant; cf. Kaibelii praef. p. VIII.

2) Quae proxime praecedunt (IV 170d) de τραπεζοποιῷ eiusque officiis, ea quoque ex Iuba fluxisse videntur.

3) Unum praeterea ῾Ομοιοτήτων fragmentum (fr. II ap. Mueller. FHG III p. 484) apud Hesychium exstat s. v. κάρτη· εἶδος ἱματίου παρὰ 'Ιώβᾳ ἐν ιε' περὶ ὁμοιοτήτων et apud eundem s. v. κόρτην· Πάρθοι ἐσθῆτα καλοῦσιν, ἣν λαμβάνουσι παῖδες εἰς ἄνδρας ἀφικόμενοι. Tertium iam accedit fragmentum supra propositum. Unde fortasse aliquid lucis exoritur ad dirimendas quaestiones quas de ῾Ομοιοτήτων librorum natura viri docti moverunt. Cum enim Soltavius (de fontibus Plutarchi in se-

Iam vero si opinio illa ab Athenaeo relata qua galeus Rhodiacus idem putatur atque acipenser, ex Iubae Ὁμοιότησιν derivata est, ne refutationem quidem quae subiungitur illius opinionis (ἀλλ' οὗτος μὲν μικρὸς καὶ μακρορρυγχότερός ἐστι . . πιπράσκεται) ipsius Athenaei esse apparet, sed eius grammatici, qui etiam Apionis testimonio usus est quo probaret helopa esse qui a Romanis acipenser appellaretur, non galeum. Atque hunc grammaticum contendo Pamphilum esse, quod ut per se probabile est, ita certis argumentis potest demonstrari. Primum constat Pamphilum Apione usum esse. Affertur enim a Pamphilo Apionis et Diodori testimonium ap. Ath. XIV 642e, eorundem vero alterum testimonium isdem verbis introductum occurrit XI 501de celato quidem auctoris nomine, qui nemo potest fuisse nisi Pamphilus. Deinde alii sunt loci, quibus Pamphilum in nominibus explicandis Romanorum quoque rationem habuisse evincitur. Uni saltem ex iis loco Pamphili

---

cundo bello Punico enarrando, Bonnae 1862) et Barthius (de Iubae Ὁμοιότησιν a Plutarcho expressis, Gottingae 1876) Plutarchi quaestiones Romanas et magnam partem Romuli Numaeque vitarum ex his Similitudinibus quae vocantur manasse contendissent, Fridericus Reuss (de Iubae regis historia romana a Plutarcho expressa, Wetzflariae 1880) Plutarchum ex illo opere, in quo res plane diversas et undique collectas inter se collatas fuisse censet, sua hausisse negans Iubae historiam romanam ab hoc adhibitam esse coniecit neque vero Cohnii assensum tulit, qui ('Philologischer Anzeiger' 1883 p. 450) utrumque regis Mauretani librum a Plutarcho in usum esse vocatum sibi persuasit. Iam vero si ea, quae de locis adlatis disputavi, recte se habent (etenim non dubito quin ea quae de galeo Iubae esse ostendi, ad Ὁμοιότητας referenda sint, in quibus et aliis de rebus et de cenis apparandis exponens non solum de structore sed etiam de acipensere dixerit), me cum Reussio facere fatendum est, apparet enim ea, quae de Ὁμοιοτήτων indole comperta habemus, magis grammaticum vel lexicographum redolere quam historicum.

nomen appositum est III p. 85c: ... *οἱ πολλοὶ τὴν τοῦ κιτρίου δύναμιν ἀπήσθιον ὡς μὴ πρότερον φαγόντες ἢ πιόντες τι. Πάμφιλος δ' ἐν ταῖς Γλώσσαις*[1]) *Ῥωμαίους φησὶν αὐτὸ κίτρον καλεῖν.* Oppresso autem Pamphili nomine praeter eas quas supra p. 116 proposuimus, hae exstant glossae ad latinum sermonem spectantes: Ath. III 85e adlato Epicharmi Musarum fragmento: *τὴν τελλίναν δὲ λεγομένην ἴσως δηλοῖ, ἣν Ῥωμαῖοι μίτλον ὀνομάζουσι,* deinde Ath. VII 306d Epicharmi fragmento et Sophronis testimonio praemissis: *ἐστὶ δὲ καρίδων γένος καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων οὕτως καλοῦνται.* Contra Ath. III 125f: *ἑξῆς ἐπεισηνέχθη πλακοῦς ἐκ γάλακτος ἰτρίων τε καὶ μέλιτος, ὃν Ῥωμαῖοι λῖβον καλοῦσι,* e cotidiano usu desumptum videtur.

Ut iam breviter argumenta colligamus, quas partes libro VII 294e Athenaei codices tribuunt Archestrato, eae Iubae regi, *Ὁμοιοτήτων* scriptori, egregie conveniunt, id quod intellegitur ex Ath. IV p. 170e.[2]) Restituendum

---

1) De citrio Iuba quoque exposuit *ἐν τοῖς περὶ Λιβύης συγγράμμασι,* Ath. III 83b, Mueller FHG III p. 472.

2) Serenus Sammonicus ad Septimium Severum scribens (apud Macrobium Sat. III 16, 7) ad verbum cum Iuba de galeo disserente concinit: ‘apud antiquos autem in pretio fuisse (scil. acipenserem) ego testimoniis palam facio vel eo magis quod gratiam eius video ad epulas quasi postliminio redisse quippe qui, dignatione vestra cum intersum convivio sacro, animadvertam hunc piscem a coronatis ministris cum tibicine introferri’. Haec scribi non potuerunt nisi ante Severi expeditionem Britannicam (a. 208). Itaque cum Athenaeus libro XV p. 686f Ulpiani obitum commemoret a. 228 a praetorianis occisi (cf. Kaibelii praef. ad Ath. p. V sqq.), Iubae autem testimonium libro VII contineatur, licet concedamus Athenaeum per viginti annos in ea parte operis elaboranda occupatum fuisse qua duo illi loci continentur, tamen Sammonicum sua non potuisse ex Athenaeo haurire satis apparet. Quis vero credat illum a Iuba pendere graeco scriptore? Immo

igitur illic: *Ἀρχέστρατος . . . λέγων — ⟨τοῦτον δὲ Ἰόβας μὲν* (vel *Ἰόβας ὁ βασιλεὺς*)⟩ *τὸν αὐτὸν κτἑ.* Refutatur Iuba idque apposito Apionis testimonio a Pamphilo lexicographo, quem etiam alioquin constat Apionis scripta excerpsisse (Ath. XIV 642e, XI 501'de). Ex Pamphili autem lexico Athenaeus duos illos locos[1]), quibus ille Iubae regis de *τραπεζοκόμου* et *γαλεοῦ* nominibus latinis sententias partim affert partim refutat (IV 170e, VII 294e), pariter expilavit ac quinque praeterea alias Pamphili glossas latinum sermonem cum graeco componentes (III 85c, 85e, VII 306d, 310e, 330b).

Hac igitur librarii incuria detecta amplius lectores remorari nolumus ad ipsius Archestrati vitam et carmen pergentes.

Fuisse Archestratum Siculum, Gelae natum, satis constat ex Athenaei testimonio IV 162b et VII 314f; nam quod Syracusanum sive Gelensem eum appellat idem scriptor (I 4d *Ἀρχέστρατος ὁ Συρακόσιος ἢ Γελῷος*), in priorem illam opinionem incidisse videtur propter manifestam poetae morum Syracusanorum cognitionem.[2])

---

ambo Varrone usi sunt, id quod de Iuba alioquin satis constat, de Sammonico, qui etiam Nigidii Figuli libros de animalibus adhibuit (Macrob. III 16, 7), consentaneum est. Quibus ipsis rationibus coniectura supra a me prolata quantopere fulciatur vix est quod moneam. Ceterum in ipsa illa de acipensere disputatione instauranda Macrobius ut solet (cf. Kaibelii praef. ad Ath. p. XXXI sqq.) Athenaei memor fuisse videtur fortasse olim multo plenioris.

1) M. Schmidt quaest. Hesych. p. LXXI sqq. has enumerat Iubae glossas ab Athenaeo ex Pamphilo haustas: *ἔλυμοι* Ath. IV 176f, *λυροφοῖνιξ* Ath. IV 183c, *σκυταλίας* Ath. IV 177a, *τρίγωνον* Ath. IV 175d.

2) Cfr. fr. XXXXV 11 sq., LXII 10. Accedit quod vix potuit detestari Syracusanos ut his locis detestatus est, si ipse inde natus fuisset [Fr. XI 1 laudavit quidem *τὰς κλεινὰς Συρακούσας,*

Verus titulus carminis Moscho et Cleandro sodalibus dedicati[1]) fuit Ἡδυπάθεια (sic Lynceus I 4e, VII 285e, 313f, Callimachus I 4e), a quo ceteri omnes (Δειπνολογία Clearchus I 4e, Γαστρονομία Chrysippus I 4e, VIII 335d, Γαστρολογία Lycophron VII 278 et Chrysippus III 104b [cf. etiam VIII 337b], Ὀψοποιΐα alii I 4e, Ὀψολογία denique Athenaeus VIII 335b) eo differunt, quod genus voluptatis accuratius describentes ad cenam, ventrem, opsonia deflectunt. Versioni Ennianae, si Apuleio (de magia cap. 39) fides habenda est, Hedyphagetica inscriptum fuit[2]); immerito Bernhardyus (hist. litt. gr.[3] p. 424) Ennio quoque titulum Hedypathia vindicare videtur. Varietas ista inscriptionum inde exstitit, quod verus titulus plerisque amplior videbatur quam pro argumento carminis. Tamen nulla ratione probari potest de ceteris quoque voluptariae vitae instrumentis apud Archestratum fuisse expositum.[3]) Athenaeus enim libro III p. 116f cum dicit Ἀ. μὲν ὁ περιπλεύσας τὴν οἰκουμένην γαστρὸς ἕνεκα καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα fallitur Chrysippi

---

sed eadem laude prosequitur Athenas (fr. IV 16), Miletum (fr. XXXXVI 1), Calydonem (fr. XXXXV 4), Lesbum (fr. IV 5), Byzantium (fr. XXXVIII 8)]. Ex verbis denique τῶν δὲ Συρακουσίων τούτων ἀμέλησον κτἑ. (fr. LXII 10 sqq.) hoc fortasse poterit concludi, non poetam sed carmen Syracusis natum esse. Itaque minus recte in programmate saepius commemorando gymnasii Ascanii (1877) resuscitavit Ribbeckius Archestratum 'Syracusium sive Gelensem'.

1) Ath. VII 278de; Moschum adloquitur fr. IV 2, XXVII 1, XXXV 4, Cleandrum, quem Κλέαινον vocat, fr. XVII 3. Tertium Menonem deprendisse sibi videbatur Meinekius in fr. XVII 1. Quartum amicum, Agathonem Lesbium praeconem poeta nominat fr. LVI 9.

2) Cf. etiam Ribbeckii hist. poes. lat. I p. 47.

3) Id quod censet Meinekius (exerc. in Ath. II 43), Ribbeckius (Mus. Rh. XI 1857 p. 204) in dubio relinquit. (Vide etiam Bernhardyum l. l. p. 465 Leutschium [Philol. XX p. 465] refutantem.)

memor carmen gastronomicum ubique cum libidinosis Philaenidis scriptis componentis.[1])

Archestrati aetas quae fuerit tribus maxime rebus definitur: fr. XXIII 18 sqq. ut aequalem carpit Diodorum Aspendium, quem ex disciplina Pythagorea profectum eam victus habitusque insaniam primum induxisse multis testibus[2]) constat, qua postea Pythagoristae et Cynici risus hominum moverunt.[3]) Nominatim vero Diodorum ut *Πυθαγόρου πελάταν* perstrinxit Stratonicus citharista (Ath. IV 163 ef) qui aetatem produxit usque ad Ptolemaei primi regnum (Ath. VIII 350 c). Deinde Archestratus a Chrysippo (ap. Ath. VII 278 e) appellatur *ἀρχηγὸς Ἐπικούρῳ*[4]), qui primam scholam condidit circa ol. 118. Denique despicitur Archestratus ob ipsam artem gastronomicam a Dionysio Sinopensi comico (ap. Ath. IX 405 b = II 424 Kock), Nicostrati, Aristophanis filii, fere aequali, qui etiam Macedonica tempora attigit[5]):

Ἀρχέστρατος γέγραφέ τε καὶ δοξάζεται
παρά τισιν οὕτως ὡς λέγων τι χρήσιμον,
τὰ πολλὰ δ' ἠγνόηκε κοὐδὲ ἓν λέγει.

---

1) Apud Ath. VIII 335 b sqq., cf. III 104 b, X 457 de, quibus ex locis evincitur Archestratum non fuisse nisi gastronomum. (Aliter de loco Ath. III 116 f Ribbeckius Mus. Rh. XI p. 204 adn.)

2) Cf. Ath. IV 163 e — 164 a Hermippi Timaei Sosicratis (vide eiusdem testimonium ap. Laert. Diog. VI 13) testimonia afferentem et Meinekii ad h. l. adnotata.

3) Deriserunt Pythagoristas Aristophon (Ath. IV 161 e; II 279 Kock), Antiphanes (Ath. IV 161 a = II 76 Kock et Ath. IX 366 bc, IV 161 a = II 66 sq. Kock), Alexis (Ath. IV 161 b = II 378 Kock). Cf. Kockium II 88 ad Antiph. fr. 188.

4) Cfr. Ath. III 101 f *Ἐπικούρῳ τῷ σοφῷ τῆς ἡδονῆς καθηγεμών*, praeterea III 104 a b, VIII 335 b—e. Cf. Ribbeckium l. l. p. 206.

5) Cf. Meinekium hist. crit. p. 419.

His igitur temporum rationibus ducti Ribbeckius[1]) circa ol. 118 = 337/6 Archestrati carmen compositum esse iudicavit, Schoenemannus[2]) cum intra annos 350—330 dicat, probabile tamen esse existimat extitisse illud ante a. 335, certe non post a. 330. Quibus ita assentior, ut carminis originem propius ab anno 330, quam ab anno 335 abesse putem. Plinius enim N. H. IX 78 nomen *σελάχη* quo totum genus piscium cartilagineorum Archestratus fr. XXXXVI comprehendit, ab Aristotele primo ea notione usurpatum esse diserte testatur his verbis: 'haec graece in universum *σελάχη* appellavit Aristoteles primus, hoc nomine eis imposito'. Quamquam igitur deminutivum *σελάχιον* iam ab Eupolide (I 258 Kock *πρίω μοι σελάχι'· ἦν κτἑ.*) et a Platone (I 616 Kock *ὀρφῷσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν*)[3]) usurpatum est ad minutos quosdam pisces significandos, tamen cum notio illa Aristotelica iam superioribus scriptoribus in usu fuisse demonstrari nequeat, non est cur Plinio fidem derogemus. Aristoteles ol. 111, 2 = a. 335/4 Athenas demigravit et in Academia docere instituit, ante quod tempus naturalium philosophi studiorum notitia accuratior Athenis vix potuit divulgari. Qua re videtur Hedypathiae origo usque ad annum 330 vel paulo infra detrudenda esse.

De consilio carminis ipse poeta in prooemio aperte dicit orbem terrarum se nave circumvectum esse[4]) ut quae singulis locis optima essent esu potuque et quibus quaeque anni temporibus essent quaerenda cognosceret sodalibusque exponeret. At missa faciamus convicia[5]) quibus

---

1) Mus. Rh. l. l. p. 206.
2) l. l. p. 86 sq.
3) Idem versus Amipsiae est I 672 Kock.
4) Periegetae munere fungitur ap. Ath. VII 278 d.
5) *ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλλῳ ζήσας βίον* VII 294 e (qua in re imitatur Chrysippum, cf. VIII 335 f *ὁ καλὸς οὗτος ἐποποιὸς*

Athenaeus eum perstringit hac quidem in re parodicam Hedypathiae naturam non satis respiciens; rectius ab eodem ὁ τῶν ὀψοφάγων Ἡσίοδος ἢ Θέογνις vocatur (VII 310a), sicut carmen ipsum Θεογονία (III 104b) et χρύσεα ἔπη (VII 320f).[1]) Atque ut Theognis Cyrni nomine, ita Archestratus Moschi, Cleandri, Agathonis sodalium nominibus carmen suum consignavit. Neque tamen Homeri Hesiodi Theognidis dictionem imitatur nisi ita, ut huc illuc colorem epicum adspergat, nec non tragicorum comicorum lyricorum dictionem adsciscit ex quibus maxime Aeschyli, Epicharmi, Antiphanis[2]), Philoxeni[3]) dithyrambici occurrunt similitudines. Vexatissimus autem est locus Platonis

---

καὶ μόνος ζηλώσας τὸν Σαρδαναπάλλου τοῦ Ἀνακυνδαράξεω βίον, sequitur Sardanapali titulus sepulcralis a Chrysippo compositus), ὁ τένθης VII 286a, 295f, ὁ κίμβιξ VII 303e et quae sunt alia.

1) Cf. praecipue III 101f.

2) Inter Antiphanem et Archestratum rationem aliquam intercedere docet imprimis Archestrati fr. XXIII ubi piscium ἀνθρωποφάγων contemptores gastronomus perstringit; eosdem in duabus fabulis Antiphanes perstrinxit, de quo vide comm. ad fr. XXIII. Deinde ut Archestratus Philoxenum Cytherium imitatur, ita Antiphanes eundem non solum imitatur (cf. Antiph. in Parasito II 85 Kock: ἰσοτράπεζος εὐγενής et Philox. ap. Ath. IV 147b: ἰσοτράπεζος ὅλος νῆστις σινόδων), sed etiam summis laudibus effert et propter novatas verborum compositiones et propter metri colores et varietates (II 102 Kock), quas et ipse videtur imitatus esse in f. Ὅμοιοι (Ath. XIV 642a = II 82 Kock). Denique Antiphanes fabulam composuit Ἀρχεστράτη inscriptam (hanc enim veram esse tituli formam [Ἀρχιστράτη A] post Meinekium I 329 docuit Kock II 27), cuius unum fragmentum apud Athenaeum VII 322c habemus (II 28 Kock): τίς δ' ἐγχέλειον ἂν φάγοι | ἢ κρανίον σινόδοντος; Itaque nescio an comicus fabula illa Archestratum pupugerit; quamquam vix huc referri poterunt verba Athenaei VII 295f: Ἀντιφάνης δ' ἐν Κύκλωπι ὑπερακοντίζων τὸν τένθην Ἀρχέστρατόν φησιν· fr. II 65 Kock. [Forma Ἀρχεστράτην ap. Kaibelium ep. gr. n. 51.]

3) Philoxeni locos similes composuit Ribbeckius l. l. p. 209 sq.; idem locos Platonis cum Archestrato congruentes.

comici in Phaone[1]) (ap. Ath. I 5b = I 646 Kock), quem ut integrum apponam, res ipsa postulat, adscriptis quae similia leguntur apud Archestratum:

ἐγὼ δ' ἐνθάδ' ἐν τῇ 'ρημίᾳ
τουτὶ διελθεῖν βούλομαι τὸ βιβλίον·
πρὸς ἐμαυτόν. *B.* ἔστι δ', ἀντιβολῶ σε, τοῦτο τί;
A. Φιλοξένου καινή τις ὀψαρτυσία.
B. ἐπίδειξον αὐτὴν ἥτις ἔστ'. *A.* ἄκουε δή.
ἄρξομαι ἐκ βολβοῖο, τελευτήσω δ' ἐπὶ θύννον.
B. ἐπὶ θύννον; οὐκοῦν † τῆς τελευτῆς πολὺ
κράτιστον ἐνταυθὶ τετάχθαι τάξεως.
A. βολβοὺς μὲν σποδιᾷ δαμάσας καταχύσματι δεύσας
ὡς πλείστους διάτρωγε· τὸ γὰρ δέμας ἀνέρος ὀρθοῖ.
καὶ τάδε μὲν δὴ ταῦτα· θαλάσσης δ' ἐς τέκν' ἄνειμι . .
(∼ fr. XLIX 3)
οὐδὲ λοπὰς κακόν ἐστιν· ἀτὰρ τὸ τάγηνον ἄμεινον . .
ὀρφῶν, αἰολίαν συνόδοντά τε καρχαρίαν τε
μὴ τέμνειν, μή σοι νέμεσις θεόθεν καταπνεύσῃ·
(∼ fr. XV 3 sq.)
ἀλλ' ὅλον ὀπτήσας παράθες· πολλὸν γὰρ ἄμεινον.
(= fr. XII 4)
πουλύποδος πλεκτὴ δ', ἢν πιλήσῃς κατὰ καιρόν,
ἑφθὴ τῆς ὀπτῆς, ἢν ᾖ μείζων, πολὺ κρείττων,
ἢν ὀπταὶ δὲ δύ' ὦσ', ἑφθῇ κλαίειν ἀγόρευε. (∼ fr. XXXVIII 3)
τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι·
παρθένου Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ καὶ στύματα μισεῖ.
σκορπίος αὖ — *B.* παίσειέ γέ σου τὸν πρωκτὸν ὑπελθών.

---

1) Bergleinius de Philoxeno Cytherio p. 69 sq., M. Schmidt de dith. p. 11, Bergkius R. c. Att. 211, 12 et PLG Philox. fr. 26, Bernhardyus hist. litt. gr. ^{3} II 2 p. 593, Fritzschius Ran. p. 308, Meinekius FCG II 673 (aliter Ex. phil. in Ath. II 43), Kockius FCA I 647, Ribbeckius l. l. p. 210, Schoenemannus l. l. p. 87.

Atque binae potissimum sunt virorum doctorum sententiae: alteri censent Philoxeni Cytherii *Δεῖπνον* a Platone esse derisum, quem ipsum hexametros illos finxisse omnes; quod si verum est, Archestratum quae similia habet a Platone repetiisse oportet; alteri Athenaeum secuntur qui Philoxenum quendam Leucadium a Philoxeno Cythereo dithyrambico distinguens illius *Ὀψαρτυσίαν* dicit a Platone perstringi.[1]) Ego vero non video, quo pacto versibus illis Plato inridere potuerit Philoxeni Convivium plane diversum. Hic melicis metris, dorica dialecto describit epulas lautissimas quibus interfuerat verborum novitate paene supra modum extenta, ad quam deridendam pertinent Aristoph. Eccl. v. 1168—1173[2]), ille heroico metro, epica dictione praecepta expromit singulorum ciborum apparandorum, intermixta tamen verborum lascivia nimirum pro Phaonis fabulae argumento.[3]) Quid ita? Rectissime post Schmidtium Meinekium Ribbeckium Schoenemannus meus iudicat l. c. p. 87, utique subfuisse debere poema gastronomicum a Platone paucis ut tamen agnosci potuerit mutatis derisum, versibus certe hexametris compositum. Ieiunum illud sane fuerit didacticorum more singulis praeceptis ciborum coquendorum assandorumve ex ordine enarratis (cf. v. 11) idemque a parodica ratione prorsus abhorrens: ab Archestrati Hedypathia eo certe differebat quod quo loco et quo tempore potissimum singula epularum fercula petenda essent, id quod proprium est carminis Archestratei, in illo

---

1) Ath. I 5b: *τοῦ Φιλοξένου δὲ τοῦ Λευκαδίου Δεῖπνον Πλάτων ὁ κωμῳδιοποιὸς μέμνηται*, sed dubitantius IV 146f: *εἴπερ τούτου* (Philoxeni Cytherii) *καὶ ὁ κωμῳδιοποιὸς Πλάτων ἐν τῷ Φάωνι ἐμνήσθη, καὶ μὴ τοῦ Λευκαδίου Φιλοξένου.* Unde satis apparet ne veteribus quidem grammaticis satis de hac re constitisse. Priore autem loco male *Δεῖπνον* dicit, aliud enim est *Δεῖπνον*, aliud *Ὀψαρτυσία.*

2) Cf. Bergkium R. c. Att. 211, 12.

3) De quo vide Kockium FCA I 645 sq.

nequaquam erat expositum. Facile autem iis qui Philoxeni Cytherei *Δεῖπνον* a Platone carpi iudicaverunt, largiamur de nomine poetae illius gastronomici nobis non constare; Philoxeni enim nomine comicus abusus esse videtur quo poetam litteris gastronomicis deditum significaret, Leucadii cognomen veteres grammatici excogitasse videntur pro argumento fabulae Phaonis et Sapphus amore repletae.

Alium quendam Archestrati praecursorem nominatim affert Athenaeus VII 337a: *Κλέαρχος δὲ ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν καὶ διδάσκαλον τοῦ Ἀρχεστράτου γενέσθαι φησὶ Τερψίωνα, ὃν καὶ πρῶτον Γαστρολογίαν γράψαντα διακελεύεσθαι τοῖς μαθηταῖς τίνων ἀφεκτέον. ἀπεσχεδιακέναι τε τὸν Τερψίωνα καὶ περὶ τῆς χελώνης τάδε·*

ἢ κρῆ χελώνης δεῖ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν.

Valde delendum est nihil aliunde de hoc scriptore constare, cuius tamen nomen confictum esse iudicavit Meinekius (ex. in Ath. II p. 16). Possit enim subnasci suspicio Terpsionem esse quem Plato sub Philoxeni nomine perstringat.[1]) Satis autem apparet Terpsionem non tam Archestrati magistrum fuisse quam eum qui primus talia praecepta dederit qualia leguntur apud Archestratum fr. LXII 12, XXXVIII 3, LII (cf. Ribbeckium Mus. Rh. 1857 p. 205 sq.).

Archestrati fragmenta primus collegit parum emendata Schneiderus in epimetro I editionis Animalium Historiae Aristotelicae, quae prodiit Lipsiae a. 1811, alter Bussemakerus inter Carmina Bucolica et Didactica in editione Epicorum Graecorum Didotiana, Parisiis 1851. Plurimum vero praeter Athenaei editores Casaubonum Schweighaeuserum Dindorfium Meinekium, quibus nunc addendus est Kaibelius, huius poetae reliquiis praestitit Woldemar

---

1) Non obstat opinor huic coniecturae quod metro iambico *ἀπεσχεδιακέναι* traditur; Hegemo quoque in iis versibus quos ex tempore fundebat metro iambico utebatur, cf. supra p. 39 sq.

Ribbeckius, qui postquam anno 1856 in Musei Rhenani vol. XI p. 200 sqq. de Archestrato luculentissime disserens[1]) editionis tamquam lineamenta adumbravit, edendi munus ipsum suscepit in Gymnasii Berolinensis Ascanii Actorum prooemio quod prodiit anno 1877.[2]) Hac igitur editione pari diligentia atque subtilitate insigni cum Archestratei carminis reliquias huic libello deesse nollem, ut par erat tamquam pro fundamento usus sum. Duabus autem maxime rebus ab illius editione mihi recedendum esse videbatur. Primum dialecti discrepantias quas libri referunt (cf. *Ἰταλίῃ* LI 1 et *Ἰταλίας* XVI 1, XXXIV 8; *βροτέην* et *βροτέαν* XXIII v. 17, qui et p. 163 et p. 310 Athenaei traditur; *χαίτην* XXXVI 2, LXII 3 et *χαίταν* LIX 3; *ἱστορίης* I 1, *ἀνθρακιῆς* XXIII 11, *Συρίης* LXII 5, *ψαφαρῇ* XXXXI 2, *ὥρῃ* LXII 10, *ὥρῃ* XXXXIX 1 et *αἰθερίας* IV 6, *ἐγκρυφίαν* IV 15, *ἀμβροσίᾳ* LIX 11, *Ἀμβρακίᾳ* XXV 3 al., *ἀγοράν* IV 15, *ὑγράν* LIX 3, *μαχαίρᾳ* XXXI 5 alia id genus) non tam poetae quam librariis culpae dandas esse apparet, id quod Ribbeckius quoque innuit Mus. Rh. XI p. 211. Itaque cum aut formae atticae aut epicae restituendae essent, vocalem *α* puram ubique expuli quia primus carminis versus Callimachi auctoritate servatus (*Ἱστορίης ἐπίδειγμα κτἑ.*) formam epicam prae se fert; praeterea scripsi *περήσαντες* pro *περάσαντες* fr. XXXIV 12; cetera, imprimis formas *ἐάν*, *ἤν* (semel XXV 1), *ἄν*, intemptata reliqui.

De fragmentorum deinde dispositione quae habeo ut proponam, primum monendum est omnium fragmentorum quae non ad pisces conchyliave pertinent, ordinem a Ribbeckio constitutum a me servatum esse. Aptissime enim ille Matronis potissimum Convivio Attico comparato

1) Vide eundem Mus. Rh. XXVII p. 496.

2) 'Archestrati Syracusii sive Gelensis quae feruntur apud Athenaeum reliquiae. Recognovit W. Ribbeck.'

olerum et bulborum et quae sunt eius generis in initio carminis, quadrupedum et avium mentionem post piscium catalogum, vinorum denique in ipso exitu posuit. Neque potest dubitari quin fragmenti LXII sedes in extrema carminis parte fuerit: tribus enim versibus 19—21 totius carminis summa comprehenditur. Quod vero in componendo piscium catalogo non rationes quae in argumento ipso positae essent Ribbeckius secutus est, sed illum in alphabeticum qui dicitur ordinem redegit, haud scio an longius paullo possimus progredi: quamquam hoc facile concedo viro doctissimo non a regionibus quas peragrasset ordinem repetiisse videri poetam hac in re minime meritum periegetae nomen, quod ei tribuit Athenaeus VII 294a (vide test. fr. XIX). Rectius fortasse spectabimus tempora capiendi emendive vel rationes parandi atque coquendi. Sed de hac quaestione postea videbimus: nunc interim alia via est ingredienda.

Etenim non dubito quin quoad fieri potuit secundum genera enumeratio piscium fuerit constituta ita, ut similes similibus componerentur. Cuius rei in eclogis iis, quibus bini vel complures etiam describuntur maris incolae, sat manifesta habes testimonia. Conchylia certe uno omnia loco, fr. LVI, breviter comprehendit, cuius catalogi plane similes inveniuntur Epicharmi, Philyllii, Anaxandridae, Philippidae infra adlati. De scaro et trigla quibus agitur fragmentis XXXXI et XXXXII, ea Athenaeo teste cohaerent: quos eosdem pisces coniunctos legis a Machone ap. Ath. VI 244c: *τῶν μὲν σκάρων ἀπέλαυε τῶν τριγλῶν ϑ' ἅμα*. Fragmentum XXXXV *κεστρέα* et *λάβρακα* qui appellantur complectitur: idem una nominantur ab Aristotele H. N. IX 2. Fragmento XXXXVI inter *σελάχη*, quod totius piscium cuiusdam generis est nomen, afferuntur *ῥίνη* et *λειόβατος* consentiente Aristotele H. A. p. 540b, 17. Fragmento XXXII aliud par piscium prodit *ψῆττα* et *βούγλωσσος* inter

se tam similes, ut teste Athenaeo VII 288 b apud Atticos βούγλωσσοι etiam audirent ψῆτται. Fragmentum denique XXXVIII ex ea parte carminis sumptum esse argumento probatur, qua de piscibus sale condiundis praecepta exhibebantur. Haec exempla eo nos deducunt ut quos pisces a veteribus propter cognationem vel alias causas una nominari solitos esse constat, eos poetam quoque iisdem carminis partibus complexum esse existimemus: quem ad usum veterum definiendum imprimis comicorum consuetudo non sine fructu observatur.

Aliud idque haud leve adiumentum ad verum fragmentorum nexum reperiendum praebere mihi videntur coniunctiones καί et ἀλλά in initiis illorum saepius positae, quas si alia fragmenta circumspiciens accurate interpretaris, interdum coniectura poteris colligere quae argumenta inter se sive coniuncta sive opposita fuerint. In coniunctione καί exemplo sint fragmenta XXXXI sq., quorum prius cum aperto Athenaei testimonio altero excipiatur, idem ordo confirmatur verbis κἂν Θάσῳ ὀψώνει τρίγλην eo referendis quod priore fragmento triglam quae capta esset Mileti valde commendaverat. Coniunctio adversativa ἀλλά adhibetur fr. XXXVIII eo consilio ut opponantur verba τριταῖον ἔχειν σκόμβρον πρὶν κτἑ. verbis τμηθέν, ὅτ' ἐν βίκοισι ταριχεύεσθαι ἔμελλεν, qua de re vide commentarium.

Sed dicendum est etiam de eo quod Ribbeckius dicit (Mus. Rhen. XI p. 217) Archestratum interdum iterum de eodem egisse pisce. Itaque exempla ab illo prolata examinemus. Thynnus commemoratur duobus fragmentis XXXIV et XXXVIII, quae in diversis carminis partibus fuisse posita ne ego quidem nego. Sed hoc de pisce cur altero quoque loco exponat peculiaris quaedam est causa ea scilicet, quod cum priore loco (fr. XXXIV) omnino prima eius mentio inferri videatur, posteriore ubi de eis

piscibus qui sale condiuntur agit, inter eos ipsos nimirum thynnum quoque nominat.

Deinde quod cestrei exemplum proponit qui vel quattuor locis apud Athenaeum commemoratur, p. 307 d, 307 b, 314 a, 311 a, primum facile intellegitur quae tribus prioribus locis de cestreo legantur, in unum esse coniungenda (fr. XXXXIII sq.). Iam vero poeta duo genera piscium distinguit quorum alterum solo nomine cestrei significat, alterum addito cognomine cephali ab illo discernit (fr. XXXXV). Eam ipsam ob cognationem illorum piscium ego fr. XXXXIII sq. parvo vel nullo intervallo a fragmento XXXXV disiuncta fuisse existimo, ita ut prius de cestreo, tum de cephalo tractetur (cf. Archippi fr. apud Ath. VII 307 d; I 681 Kock: *νήστεις, κεστρέας, κεφάλους*).

Quae de congro servata sunt duo fragmenta XVIII et XIX, olim cohaesisse ipse ait Athenaeus VII 294 a: *ἑξῆς τε περὶ τῶν κατ' Ἰταλίαν τόπων διεξιὼν πάλιν ὁ καλὸς οὗτος περιηγητής φησιν κτἑ.* Restat unus scarus, de quo postquam versus fragmenti XXXXI attulit Athenaeus VII 320 a, scarum ex E p h e s o esse petendum, verbis *κἀν ἄλλῳ δὲ μέρει φησίν* (scil. Archestratus) inducit alterum de scaro locum (fr. XIII), quo dicit C a l c h e d o n e et B y z a n t i i illum esse comparandum. Poeta autem eum usum constanter sequitur, ut regiones quibus piscis aliquis capiendus sit uno omnes loco carminis enumerans comprehendat; cuius usus quo plura sunt exempla (inveniuntur enim inter quinquaginta fragmenta, quae ad pisces vel similia animalia spectant, viginti haec: VIII IX XI XIII XX XXII XXIV—XXVII XXX XXXIV XXXV XXXX XXXXI sq. XXXXV LIII—LVI, eo minus credibile est poetam praesertim ceteris in rebus tantopere sui similem hac una in re a certa illa ratione recessisse. Accedit quod difficultatem illam quae inest in duplici commemo-

ratione piscis illius facile solvere posse nobis videmur ita ut altero loco pro σκάρον legamus σπάρον; qua de re postea videbimus.

Iam ad id transeuntes ut binorum vel plurium fragmentorum ordinem nexumque qualis fuisse videatur investigemus, hoc praemittamus, quod Ribbeckius quoque censet, non veri simile esse magnam carminis Archestratei partem interisse, cum eo consilio carmen discerptum esse appareat, ut quam plurima piscium aliorumque animalium nomina Archestrati testimoniis illustrarentur. Quae sententia ea quoque re confirmatur quod Athenaeus interdum observavit etiam si quae obsonia poeta enumerare omisit. Ath. III 117b παρέλιπεν ὁ τένθης Ἀ. συγκαταλέξαι ἡμῖν καὶ τὸ ... λεγόμενον ἐλεφάντινον τάριχος. Eiusdem generis est quod legitur ap. Ath. III 104f: καὶ Ἀ. γὰρ ἐν τῷ διαβοήτῳ ποιήματι οὐδ' ὅλως που κάραβον ὀνομάζων ἀστακὸν προσαγορεύει κτέ. (vide fr. XXIV).

Duobus locis iam Ribbeckius vestigia deprehendit pristinae dispositionis, quorum alter est fr. XVII de sinodonte: ἐκ πορθμοῦ δὲ λαβεῖν πειρῶ καὶ τοῦτον, ἑταῖρε. Itaque hunc quoque piscem ex freto scilicet Siculo — hoc enim ubique apud Archestratum ut hominem Siculum πορθμός est — capere iubetur sodalis: quinque autem locis fretum Siculum commemoratur his: fr. VIII 2, XXXX 3, LI 2, LVI 4, XVI 1. Quattuor primorum nulli illud posse adiungi facile qui locos consideraverit ipse cognoscet; quinto ut adiungamus suadere videtur versus 2, cum ad condicionalem sententiam ἄν ποτε ληφθῇ (fr. XVI 2) optime videatur quadrare imperativus πειρῶ, quo verbo non facile aut crebro sinodontem in freto Siculo capi solere demonstratur. Quod autem fragmenti XVII versus 1 propter mentionem crassitudinis (ζήτει παχὺν εἶναι) postulare videtur, ut ante de procero aliquo pisce praecipiatur, tale praeceptum in initio eius eclogae fuisse potest, cuius nunc

extrema tantum pars supersit fragmentum XVI, de qua re vide commentarium.

Alterum vestigium latet in fr. XXXXIX: ἤδη σοι ἐγὼ τάδε δεύτερον αὐδῶ, quod respicit ad fr. XXXVI imprimis v. 6. Sed plus ne hinc quidem proficimus, quam ut alteram altera ecloga fuisse priorem ostendatur. Itaque iam proprio Marte erit dimicandum.

Tutissimum mihi semper visum est comprehendere fragmenta LIII—LV de polypode, teuthide, sepia, quae fragmenta possunt simpliciter componi. Nam ne dicam de eo quod similitudo quaedam est inter illa animalia, plurimum ad coniunctionem illam confirmandam valet quod comici frequenter consociata nominant: Epicharmus ἐν Ἥβας γάμῳ ap. Ath. VII 318e; fr. 18 Lor.: Πώλυποί τε σηπίαι τε καὶ ποταναὶ τευθίδες. Antiphanes ap. Ath. XIV 623f; II 106 Kock: ἥ τε σύννομος τῆς .. σηπίας, τευθίς. Anthippus ap. Ath. IX 404c; 4, 459 Mein.: τούτῳ παρέθηκα σηπίας καὶ τευθίδας. Sotades Ath. VII 293c; II 447 Kock: ταύταις προσέλαβον σηπίας καὶ τευθίδας. Mnesimachus et Ephippus ap. Ath. IX 403b; II 437 Kock: πουλυπόδειον, σηπία. Denique Philoxenus Cytherius ἐν Δείπνῳ (Ath. IV 147b) νάρκιον ἄλλο παρῆς ἕτερον πίων ἀπὸ τευθιάδων καὶ | σηπιοπουλυποδείων. Contra minime verisimile est quod Meinekius coniecit fragmentum versus heroici πουλύποδες, γαλεοί τε κύνες (Ath. VII 318f) esse Archestrati; alienum enim videtur ab Ἡδυπαθείας indole et consilio.

Deinde nunquam dubitavi quin consocianda sint fragmenta XX et XXI de glauco et de galeo; nam praeterquam quod ultro inter se coeunt ita ut verbum finitum prioris fragmenti etiam posteriori sufficiat, pisces illi ex eadem sunt familia; utrumque nomen continetur etiam Sotadis comici fragmento ap. Ath. VII 293b; II 447 Kock: γαλεὸς εἴληπται μέγας ... γλαύκου φέρω κεφάλαια παμμεγέθη δύο.

Item conecto fr. XXVI de phagro et fr. XXVII de lebia hepato. Nam primum phager lebiae similis est teste Speusippo ap. Ath. VII 301c: Σπεύσιππος δ' ὅμοιον (sc. φησί) φάγρῳ τὸν ἥπατον (cf. etiam Ath. VII 300e); deinde Archestrati ipsius verbis ordo quem statuo comprobatur. Nam cum iubeat lebiam quoque ex Delo eiusque finitima Teno insula sumi, respicit ad verba fr. XXVI Δήλῳ τ' Εἰρετρίᾳ τε. Denique Mnesimachus ap. Ath. IX 403b; II 437 Kock: σμύραινα, φάγρος, | μύλλος, λεβίας.

Commodissime porro in unum comprehendi possunt fr. XXIV de astaco et fr. XXV de caride: quae duo genera cancrorum marinorum poetam uno loco tractasse admodum est probabile. Pariter Matro postquam v. 63 carides protulit, v. 66 κάραβος, ἀστακός, Philyllius ap. Ath. III 86e; I 785 Kock κάραβον, ἀστακόν. Vide testim. fr. XXIV.

Non minus coniungendi videntur fr. XII et XIII quibus describuntur χρύσοφρυς et σπάρος. Scribendum enim esse aut in fr. XIII aut XXXXI σπάρον pro eo quod traditum est σκάρον supra ostendimus. Tuetur autem lectionem σκάρον in fr. XXXXI locus Machonis (Ath. VI 244c) iam supra p. 129 adlatus: τῶν μὲν σκάρων ἀπέλαυε τῶν τριγλῶν θ' ἅμα: ergo mutatio illa facienda est in fragmento XIII. Accedunt duae aliae causae, altera quod sparus et chrysophrys a viris doctis (vide Brehmii 'Thierleben' ed. mai. 'Fische' p. 51) in sparidarum familia collocantur; altera quod eadem illorum piscium praecipitur apparandi ratio atque ita ut altero loco poeta manifesto respiciat ad alterum (cf. fr. XIII καὶ σπάρον ὄπτα πλύνας εὖ .. τοῦτον ὅλον θεράπευε et fr. XII πλῦνον δέ νιν ὀρθῶς, εἶθ' ὅλον ὀπτήσας παράθες).

Longior iam fragmentorum series potest componi ita ut proficiscamur a fragmento XXXXV, quo cestreus cephalus

et labrax tractantur. Cui fragmento, ut supra monuimus, praemittenda sunt fragmenta XXXXIII et XXXXIV, quibus de eo pisce agitur qui sine cognomine cestreus appellatur. Commode deinde adnectetur fr. XXXXVI. Nam cum fr. XXXXV dicatur v. 3 *εἰσὶ γὰρ ἐνθάδ'* (scil. Mileti) *ἄριστοι* (scil. cephalus et labrax), quae sententia repetitur v. 7 sq. *ἐκεῖνοι δ' εἰσὶν, ἑταῖρε, | τὴν ἀρετὴν θαυμαστοί*, apparet poetam verbis fragmenti XXXXVI *καὶ σελάχη μέντοι κλεινὴ Μίλητος ἄριστα | ἐκτρέφει* ad illos versus respicientem cartilaginea quoque quae apud eandem urbem caperentur laudavisse. In ipso vero fr. XXXXVI quod cartilaginea commemorantur, eo ad aliud adducimur: hoc enim communi totius classis piscium nomine praemisso cum duo eiusdem classis pisces producantur, rhine et platynotus liobatus, exspectamus poetam alia quoque cartilagineorum genera hoc loco adiunxisse. Nominis autem Plinio teste (cf. supra p. 123) inventor est Aristoteles, qui H. A. p. 540b 17 ait: *σελάχη δ' ἐστὶ τά τε εἰρημένα* (inter quae sunt *βάτος* et *ῥίνη*) *καὶ βοῦς καὶ λαμία καὶ ἀετὸς καὶ νάρκη καὶ βάτραχος καὶ πάντα τὰ γαλεώδη* (cf. Ath. VII 286 b, Plin. N. H. IX 78). Commemorantur una *νάρκη* et *βάτραχος* a Mnesimacho ap. Ath. IX 402 f; II 478 Kock v. 37, item *νάρκαι* et *βατίδες* ab Epicharmo ap. Ath. VII 286 b; p. 232 Lorenz. Ergo quoniam tribus fragmentis Archestrati tractantur *βάτραχος*, *νάρκη*, *βατίς*, hisce ipsis fragmentis XXXXVII — XXXXIX locus post illud fr. XXXXVI tribuendus est. Primum posui fr. XXXXVII, cuius a verbo *σκεύασον* fortasse pendet accusativus *νάρκην* (fr. XXXXVIII 1). Paullo certius mihi videtur coniuncta inter se fuisse fr. XXXXVIII et XXXXIX propterea quod in utroque nomine piscis additur *ἑφθήν*, in utroque deinde usus eorundem condimentorum, casei et herbae fragrantis — nam *σίλφιον* quoque *χλόη εὐώδης* est — commendatur.

Pergimus ad *ταρίχη*, salsamenta. Horum tria pro-

ducuntur genera in fr. XXXVIII, *Σικελοῦ θύννου τέμαχος, σαπέρδη, σκόμβρος*. Atque verba 'Siculi quoque thynni pulpamentum' in ipso eclogae initio positae docent antecessisse mentionem thynni aliunde capti: hanc habes fr. XXXVII: *καὶ θύννης οὐραῖον ἔχειν, τὴν θυννίδα φωνῶ | τὴν μεγάλην, ἧς μητρόπολις Βυζάντιόν ἐστι*. Ante hanc rursus eclogam fuisse puto fr. XXXVI de sargo condiundo, quibus versibus poeta eius carminis partis, qua de salsamentis agebat, initium fecisse videtur. Hieme enim potissimum salsamenta lurconibus erant pro solacio penuriae piscium recentium. Hiemis autem aperta significatio illius fragmenti continetur primis versibus: *ἡνίκα δ' ἂν δύνοντος ἐν οὐρανῷ Ὠρίωνος | μήτηρ οἰνοφόρου βότρυος χαίτην ἀποβάλλῃ, | τῆμος ἔχειν ὀπτὸν σάργον κτἑ.*, ad quae cf. Aristot. Problem. 26, 13: *ὁ δ' Ὠρίων ἀνατέλλει μὲν ἐν ἀρχῇ ὀπώρας, δύνει δὲ χειμῶνος*. Fragmentum autem XXXVII post fr. XXXVI ponendum esse ea re veri simile fit, quod praeceptum *καὶ θύννης οὐραῖον ἔχειν* (fr. XXXVII) respicit ad fr. XXXVI 3 *τῆμος ἔχειν κτἑ*. Verbum enim *ἔχειν* ter adhibitum in iis praeceptis, quae sunt de salsamentis (XXXVI 3, XXXVII 1, XXXVIII 6), aptissimum esse ex ipsius rei natura intellegitur. Denique non puto obstare quominus fr. XXXVI et XXXVII consociemus, quod versus 8 prioris fragmenti post parvum intervallum in fragmento posteriore (v. 4) repetitur: hoc videlicet praeceptum poeta legentibus volebat inculcare, cf. etiam fr. XXXXIX.

Compositis igitur fragmentis XXXVI—XXXVIII alia quoque adnectere licet, quorum primum est fr. XXXIX. Etenim propter ea, quae infra dicentur de *ἀντακαίῳ* — hunc enim piscem per ambages poeta significare videtur — dubium esse non potest quin illius mentionem fecerit inter salsamenta. Atque veri simile est rem ita se habuisse, ut fr. XXXVIII et XXXIX exiguo tantum intervallo disti-

nerentur. Nam fr. XXXVIII 10 scombri caro mollis laudatur, cui opponitur fr. XXXIX subdura caro antacaei: uterque autem piscis in Ponto eique finitima Maeotide palude nascitur. Quae si vera sunt, poeta iubet amicum sale condire pisces ad id idoneos, i. e. *ταρίχη Βοσπόρου ἐκπλεύσαντα*[1]) illa scilicet quae maxime sint alba (de hac re v. comment.) praeter *ἀντακαῖον* dura carne ingratum.[2])

Fortasse propter nomen *τέμαχος* hac in parte carminis fr. XXXX quoque de gladio est ponendum: certi quidquam de eius sede proferri nequit.

Denique non dubitavi ea fragmenta comprehendere quorum partes mutilatae, dummodo sententia id admittat, in integrum versum coniungi possunt.[3]) Itaque fragmento XXVII subiunxi fr. XXVIII, cum fragmento XXVII autem fr. XXVI ut supra p. 134 ostendimus, cohaeret, qui nexus eo quoque indicari videtur, quod cum in fr. XXVI Sirii, in fr. XXVIII messis frumentariae mentio fiat, in utroque idem anni tempus significatur. Huic rursus addidi fr. XXIX, quamquam hoc etiam fragmento XXXXVII possit adnecti, sicut fragmento XXVIII fragmentum L. Etiam dubitantius coniunxi fr. XXX et XXXI, cui rursus fr. XXXII addidi, ne *κίθαρος* et *ψῆττα* pisces simillimi dirimerentur. Hic quoque evenit, ut fr. XXX et XXXII eiusdem anni temporis, aestatis, mentione contineantur. Eadem de causa fragmento XXXII adnexui fr. XXXIII.

His de fragmentorum consociatione praemissis iam de universa piscium catalogi dispositione a me instituta paucioribus verbis poterit absolvi. Nam ut aliquem saltem

---

1) Cf. Herodot. II 93, qui passim *ἐκπλώω*, *ἀναπλώω* de piscibus Aegyptiacis.

2) Possis fortasse *ἐκπλεύσαντα* interpretari accusativum masculini generis referendum ad significationem amici, qui e Bosporo in Pontum Euxinum evectus illos pisces capere iubeatur.

3) Cf. Ribbeckium Mus. Rhen. IX 1857 p. 221.

ordinem si non certum plane, fortasse tamen probabilem sequerer, numeris VIII—XVII illa comprehendi fragmenta quae sunt de iis piscibus quorum nec pars aliqua hominibus subtilioris palati commendatur sed qui toti apponendi sint, nec certa quaedam sunt capturae vel usus tempora. Numeri XVIII—XXIII eos complectuntur, quorum partes eligendae sint; fragmento XXIII adnexui duo fr. XXIV sq. de astaco et caride eo scilicet nomine, quod verba fr. XXIV *ἀλλὰ παρεὶς λῆρον πολὺν* fortasse respiciunt ad excursum longiorem fragmenti XXIII (imprimis ad verba *μωρολογοῦσι* v. 18 et *πυθαγορίζειν* v. 20). Numeris XXVI—XXXXIX complexus eas eclogas quibus tempora quaedam anni significantur, servavi aestatis autumni hiemis ordinem. In extremo denique loco posui ea fragmenta, quibus varii pisces et conchylia brevissime enumerantur. Intra has ipsas partes tamen exhibui coniuncta si quae fragmenta aliis de causis supra expositis inter se coniungenda viderentur. Fortasse longior dies plura docebit; tria tamen iam nunc pro certo affirmare licet: primum hoc, poetam quantum fieri posset pisces per genera discripsisse; alterum, non neglexisse illum temporum rationem, sed praemissis talibus qualia leguntur *Σειρίου ἀντέλλοντος* (fr. XXVI), *ἡνίκα δ' ἂν δύνοντος ἐν οὐρανῷ Ὠρίωνος* (fr. XXXVI) complurium piscium expositionem eiusdem anni temporis commemorationi subiecisse. Postremum solere poetam exitus partium carminis insignire excursibus vel apostrophis quibusdam haud sine lepore et dicacitate compositis, velut fr. XXIII de iis qui maiorum piscium ut *ἀνθρωποφάγων* carnem reformident, quo loco transit ad cancros, fr. XXXXV de Syracusanis et Italiotis bonos pisces caseo aceto silphio pessumdantibus, ubi secuntur *σελάχη*, fr. LVI, in quo a *κηρύκων* marinorum exsecratione profectus in Agathonis amici laudem exit ipsius praeconis. Quae apostropha totum piscium catalogum videtur conclusisse, cum et

conchylia pro appendice quasi ceterorum piscium haberi possint, et nimia paene festinatio qua poeta illa absolvit, efficiat ut ad maiora iam properare videatur nempe ad eas ciborum delicias, quae ex animalibus terrestribus comparantur.

Numeri fragmentorum arabici uncis inclusi Ribbeckianae sunt editionis.

Conspectus numerorum Ribbeckianae et huius editionis

R	B	R	B	R	B
1	I	22	L	43	LIV
2	II, III	23	XV	44	XXII
3	IIII	24	XXV	45	XXVI
4	V	25	XXXXIII	46	XXX
5	VI	26	XXXXIV	47	XII
6	VII	27	XXXI	48	XXXIX
7	XXXV	28	XXIII	49	XXXXIX
8	XXIV	29	LI	50	LVI
9	XXXIII	30	XXVII	51	XXXII
10	IX	31	LII	52	XXXVIII
11	X	32	XVI	53	XXXXV
12	XXXXVII	33	XXXXVIII	54	XXXXVI
13	XXI	34	XXXX	55	XXXXI
14	—	35	XIV	56	XXXXII
15	XX	36	LIII	57	LVII
16	XVIII	37	XXVIII	58	LVIII
17	XIX	38	XXXVI	59	LIX
18	VIII	39	LV	60	LX
19	XI	40	XVII	61	LI
20	XXXVII	41	XIII	62	LII
21	XXXIV	42	XXIX		

ΗΔΥΠΑΘΕΙΑΣ ΤΑ ΣΩΙΖΟΜΕΝΑ

I Ἱστορίης ἐπίδειγμα ποιούμενος Ἑλλάδι πάσῃ (1)
. . . .
II γῆν πᾶσαν περιῆλθον ἐγὼ πᾶσάν τε θάλασσαν (2)
⟨Εὐρώπην τ' Ἀσίην τε περιπλέων νηὶ μελαίνῃ.⟩
⟨καὶ νῦν⟩ ἀτρεκέως ἐθέλω ⟨μάλα⟩ πάντ' ⟨ἀγορεῦσαι⟩
. . . . ὅπου 'στὶν ἕκαστον
κάλλιστον βρωτόν τε ⟨ποτόν θ'⟩ . . . .

TESTIMONIA

I Ath. I 4e: ὅτι Ἀρχέστρατος ὁ Συρακούσιος ἢ Γελῷος ἐν τῇ ὡς Χρύσιππος ἐπιγράφει Γαστρονομίᾳ, ὡς δὲ Λυγκεὺς καὶ Καλλίμαχος Ἡδυπαθείᾳ, ὡς δὲ Κλέαρχος Δειπνολογίᾳ, ὡς δ' ἄλλοι Ὀψοποιίᾳ (ἐπικὸν δὲ τὸ ποίημα, οὗ ἡ ἀρχὴ «ἱστορίης — πάσῃ»).

II Ath. VII 278d: οὗτος ὁ Ἀρχέστρατος ὑπὸ φιληδονίας γῆν πᾶσαν καὶ θάλασσαν περιῆλθεν ἀκριβῶς, ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ πρὸς γαστέρα ἐπιμελῶς ἐξετάσαι βουληθείς· καὶ ὥσπερ οἱ τὰς Περιηγήσεις καὶ τοὺς Περίπλους ποιησάμενοι μετ' ἀκριβείας ἐθέλει πάντα ἐκτίθεσθαι «ὅπου ἐστὶν ἕκαστον κάλλιστον βρωτόν τε ⟨ποτόν τε⟩». τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ προοιμίῳ ἐπαγγέλλεται τῶν καλῶν τούτων ὑποθηκῶν ὧν πρὸς τοὺς ἑταίρους ποιεῖται Μόσχον τε καὶ Κλέανδρον κτέ.

VARIETAS LECTIONIS

I II 1,2 dedi ex Ribbeckii, III ex Stadtmuelleri coniectura II 2 petivit Ribbeck ex Ath. IX 383b ubi coqui dicuntur gloriari solere *περιῆλθον Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην* collato etiam Ath. III 116f: *Ἀρχέστρατος μὲν ὁ περιπλεύσας τὴν οἰκουμένην.* II 5 *ποτόν τε* supplevit Casaubonus

III τίς δ' ἰχθὺς καὶ ποῖος ἐὼν ἥδιστον ⟨ἔδεσμα⟩, (3)
ἢ τίς ἀκμαιότατος, τίς δ' αὖ βρωτός γε μάλιστα
ἠὲ μετ' Ἀρκτοῦρον καὶ Πλειάδας ἢ Κυνὸς ἄστρον.

IIII πρῶτα μὲν οὖν δώρων μεμνήσομαι ἠυκόμοιο (3)
Δήμητρος, φίλε Μόσχε· σὺ δ' ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.

HOMERI VERSVS SIMILES

IIII 1 πρῶτα μὲν οὖν* χ 448
1 sq. ἐυπλόκαμος Δημήτηρ ε 125
Δήμητρος καλλιπλοκάμοιο Ξ 326
Δήμητρ' ἠύκομον hymn. 13, 1
2 ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν Α 297 al.

TESTIMONIA

III Clearchus apud Ath. X 457d: προέβαλλον γὰρ (sc. οἱ παλαιοί) παρὰ τοὺς πότους οὐχ ὥσπερ οἱ νῦν ἐρωτῶντες ἀλλήλους, τίς τῶν ἀφροδισιαστικῶν συνδυασμῶν ἢ τίς ἢ ποῖος ἰχθὺς ἥδιστος ἢ τίς ἀκμαιότατος, ἔτι δὲ τίς μετ' Ἀρκτοῦρον ἢ μετὰ Πλειάδα ἢ τίς μετὰ Κύνα μάλιστα βρωτός· ... κομιδῇ γάρ ἐστι ταῦτά γέ τινος τοῖς Φιλαινίδος καὶ τοῖς Ἀρχεστράτου συγγράμμασιν ἐνῳκηκότος, ἔτι δὲ περὶ τὰς καλουμένας Γαστρολογίας ἐσπουδακότος.

IIII Ath. III 111f: Ἀρχέστρατος δ' ἐν τῇ Γαστρονομίᾳ περὶ ἀλφίτων καὶ ἄρτων οὕτως ἐκτίθεται· «πρῶτα—δεῖπνον». Eustathius p. 1258, 60: καὶ Ἀρχέστρατος δὲ πίονά τινα τόπον λέσβιον κλεινῆς Λέσβου περικύμονα μαστὸν λέγει. Eustathius p. 280, 7: Ἀρχέστρατος ... εἰπὼν τὴν κλεινὴν Λέσβον λευκότερα αἰθερίας χιόνος ἄλφιτα φέρειν καὶ ἐπαγαγὼν θεοὶ εἴπερ ἔδουσιν ἄλφιτα, ἐκεῖθεν ἰὼν Ἑρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει, τὰ δ' ἄλλα γιγάρτα φαίνεσθαι πρὸς ἐκεῖνα (ἐκείνας edd.) φάμενος.

Ath. III 110a: ἐγκυφίαν. τούτου μνημονεύει ... ὁ ὀψοδαίδαλος Ἀ., οὗ κατὰ καιρὸν τὸ μαρτύριον παραθήσομαι.

ἔστι γὰρ αὐτὰ κράτιστα λαβεῖν βέλτιστά τε πάντων,
εὐκάρπου κριθῆς καθαρῶς ἠσκημένα παστά,
ἐν Λέσβῳ κλεινῆς Ἐρέσου περικύμονι μαστῷ,
λευκότερ' αἰθερίης χιόνος· θεοὶ εἴπερ ἔδουσιν
ἄλφιτ', ἐκεῖθεν ἰὼν Ἑρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει.
ἔστι δὲ κἀν Θήβαις ταῖς ἑπταπύλοις ἐπιεικῆ
κἀν Θάσῳ ἔν τ' ἄλλαις πόλεσίν τισιν, ἀλλὰ γίγαρτα
φαίνονται πρὸς ἐκεῖνα· σαφεῖ τάδ' ἐπίστασο δόξῃ.
στρογγυλοδίνητος δὲ τετριμμένος εὖ κατὰ χεῖρα
κόλλιξ Θεσσαλικός σοι ὑπαρχέτω, ὃν καλέουσι
κεῖνοι κριμνίτην, οἱ δ' ἄλλοι χόνδρινον ἄρτον.
εἶτα τὸν ἐκ Τεγέης σεμιδάλεος υἱὸν ἐπαινῶ
ἐγκρυφίην. τὸν δ' εἰς ἀγορὴν πωλεύμενον ἄρτον
αἱ κλειναὶ παρέχουσι βροτοῖς κάλλιστον Ἀθῆναι.
ἐν δὲ φερεσταφύλοις Ἐρυθραῖς ἐκ κλιβάνου ἐλθὼν
λευκὸς ἁβραῖς θάλλων ὥραις τέρψει παρὰ δεῖπνον.

HOMERI VERSVS SIMILES

6 λευκότεροι χιόνος* Κ 437
12 sq. τόν ῥ' Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι
Ἀστυάνακτ'· οἶος γὰρ κτἑ. Ζ 402 sq.
ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον Υ 74
15 οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο Α 490
οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι β 55

VARIETAS LECTIONIS

IIII 3 ἔστι γὰρ οὖν τὰ *A*, correxi, ἔστιν γὰρ τὰ Musurus 4 ἠσσημένα Meineke πάντα *A*, correxit Roehl 'Jahrb. f. Philol.' 1879 p. 736 5 εἰν Ἐρέσῳ κλεινῆς Λέσβου, dein ἐν Λέσβῳ κλεινῆς τ' Ἐρέσου Meineke, ἐν Λέσβου κλεινῆς Ἐρέσῳ ποτικύμονι Ribbeck 6 αἰθερίης: αἰθερίας *A* 10 ἐκείνας ἀφεὶς τὰ δ' ἐπίστασο δόξης *A*, correxit Casaubonus 13 κριμνίτην: κριμματίαν *A*, κριμνατίαν Schweighaeuser, κριμνίταν collato Ath. XIV 646 a Meineke ad Alciphronem p. 169 14 ἐκ Τεγέης: ἐν Τεγέαις *A*, ἐν Τεγέᾳ Meineke, ἐκ Τεγέας Kaibel 15 ἐγκρυφίην: ἐγκρυφίαν *A* ἀγορὴν: ἀγορὰν *A* ποιεύμενον *A*, corr. Stadtm. 17 φέρει σταφύλοις ἐρυθροῖς ἐκλιβάνου ἐλθών *A*, corr. Musurus Idem 18 αβραι *A*

V ἔστω δή σοι ἀνὴρ Φοῖνιξ ἢ Λυδὸς ἐν οἴκῳ, (4)
ὅστις ἐπιστήμων ἔσται σίτοιο κατ' ἦμαρ
παντοίας ἰδέας τεύχειν, ὡς ἂν σὺ κελεύῃς.

VI βολβῶν καὶ καυλῶν χαίρειν λέγω ὀξυβάφοισι (5)
ταῖς τ' ἄλλαις πάσῃσι παροψίσι.

VII ῥυσαὶ ⟨καὶ⟩ δρυπεπεῖς παρακείσθωσάν σοι ἐλαῖαι. (6)

VIII ἔγχελυν αἰνῶ μὲν πᾶσαν, πολὺ δ' ἐστὶ κρατίστη (18)
Ῥηγίου ἀντιπέρας πορθμῷ ληφθεῖσα θαλάσσης.

TESTIMONIA

V Pergit Athenaeus III 112b: ταῦτ' εἰπὼν ὁ τένθης Ἀ. καὶ τὸν τῶν ἄρτων ποιητὴν ἔχειν συμβουλεύει Φοίνικα ἢ Λυδόν· ἠγνόει γὰρ τοὺς ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας ἀρτοποιοὺς ἀρίστους ὄντας. λέγει δ' οὕτως «ἔστω — κελεύῃς».

VI Ath. II 64: Ἀρχέστρατος «βολβῶν — παροψίσι».

VII Ath. II 56c: Ἀ. ἐν τῇ Γαστρονομίᾳ «ῥυσαὶ — ἐλαῖαι».

VIII Ath. VII 298e: καὶ περὶ τῆς ἐγχέλυος δ' Ἀ. οὕτως ἱστορεῖ· «ἔγχελυν — ἰχθύς». Eustath. p. 1240, 25: ἐπαινοῦνται δέ φησι (scil. Ἀθήναιος) καὶ οἱ Στρυμόνιαι ὡς καὶ μεγάλαι καὶ τὸ πάχος θαυμασταί. Eustath. p. 1240, 29: ἐκθεὶς δὲ ὁ Ἀθήναιος καὶ ὅτι πολὺ κρατίστη ἐστὶν ἡ ἐκ τοῦ κατὰ Σικελίαν Ῥηγίου λέγει καὶ ὅτι ... βασιλεύειν τῶν περὶ δαῖτα καὶ ἡγεμονεύειν ἡδονῇ ἔφη τις αὐτήν, ἣ φύσει ἐστί φησιν ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς. ἔνθα ὅρα ὅτι πυρῆνα ἐκεῖνος ἔφη ἀστείως τὴν ὀστώδη ἰχθυηρὰν ἄκανθαν.

VARIETAS LECTIONIS

V 1 δ' ἢ distinxit Ribbeck collato LXI 2 2 ἔσται σοι ὁ κατ' ἦμαρ A, corr. Porson 3 τεύχων A, corr. Ribbeck

VI 2 πικρῇσι Stadtmueller pro πάσῃσι

VII καὶ add. Musurus

VIII 1 δέ ἐστι A 2 ἀντιπέραν C πορθμοῦ A, correxit Meineke

ἔνθα σὺ τῶν ἄλλων πάντων, Μεσσήνιε, θνητῶν
βρῶμα τιθεὶς τοιόνδε διὰ στόματος πλεονεκτεῖς.
οὐ μὴν ἀλλὰ κλέος γ' ἀρετῆς μέγα κάρτα φέρουσι
Κωπαῖαι καὶ Στρυμόνιαι, μεγάλαι τε γάρ εἰσι
καὶ τὸ πάχος θαυμασταί. ὅλως δ' οἶμαι βασιλεύει
πάντων τῶν περὶ δαῖτα καὶ ἡδονῇ ἡγεμονεύει
ἔγχελυς, ἣ φύσει ἐστὶν ἀπήρινος μόνος ἰχθύς.

IX τὴν δ' ἀφύην μίνθου πᾶσαν πλὴν τὴν ἐν Ἀθήναις, (10)
τὸν γόνον ἐξαυδῶ, τὸν ἀφρὸν καλέουσιν Ἴωνες.
καὶ λαβὲ πρόσφατον αὐτὸν ἐν εὐκόλποιο Φαλήρου
ἀγκῶσιν ληφθένθ' ἱεροῖς. κἂν τῇ περικλύστῳ
ἐστὶ Ῥόδῳ γενναῖος, ἐὰν ἐπιχώριος ἔλθῃ.
ἂν δέ που ἱμείρῃς αὐτοῦ γεύσασθαι, ὁμοῦ χρὴ
κνίδας ὀψωνεῖν, τὰς ἀμφικόμους ἀκαλήφας·
εἰς ταὐτὸν μίξας δ' αὐτὰς ἐπὶ τηγάνου ὄπτα,
εὐώδη τρίψας ἄνθη λαχάνων ἐν ἐλαίῳ.

TESTIMONIVM

IX Ath. VII 285 b: Ἀ. δ' ὁ ὀψοδαίδαλός φησι· «τὴν — ἐλαίῳ».

VARIETAS LECTIONIS

VIII 5 γὰρ ετης *A* 6 κῶπαι αἳ *A* 7 ὅμως *A*, ὅλως Coraes 9 ἀπύρηνος *A*, correxit Coraes

IX 1 δ' inseruit Casaubonus 2 ἐξαύδω *A* 3 λαβὲ *A*, φάγε Ribbeck εὐκόλποισι *A*, εὐκόλποιο Meineke 4 ἀγκῶσι *A*, sic ante Dindorfium 6 ἂν δέτις που ἱμείρῃς *A* (ἱμείρῃ *BC*), ἂν δέ που Schweighaeuser pro αὐτοῦ Ribbeck malit τούτου

X . . . . ἐπὶ θερμὸν (11)
τήγανον ἐμβληθεῖσαν ἄφαρ σίζουσαν ἀφαίρει.
⟨εὐθὺς γὰρ κείνη⟩ καθάπερ τοὔλαιον ἅμ' ἧπται
καὶ σίζει.

XI τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ἐνὶ κλειναῖς, (19)
τόν γε κρατιστεύονθ'· οὗτος γὰρ αὖ ἐστιν ἐκεῖθεν
τὴν ἀρχὴν γεγονώς, ὥσθ' ἡνίκ' ἂν ἢ περὶ νήσους
ἢ περὶ τὴν Ἀσίην που ἁλῷ γῆν ἢ περὶ Κρήτην,
λεπτὸς καὶ στερεὸς καὶ κυματοπλὴξ ἀφικνεῖται.

XII χρύσοφρυν ἐξ Ἐφέσου τὸν πίονα μὴ παράλειπε, (47)
ὃν κεῖνοι καλέουσιν ἰωνίσκον· λαβὲ δ' αὐτὸν

TESTIMONIA

X Ath. VII 285d: Κλέαρχος δ' ὁ περιπατητικὸς ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν περὶ τῆς ἀφύης φησί· 'διὰ τὸ μικροῦ δεῖσθαι πυρὸς ἐν τοῖς τηγάνοις οἱ περὶ Ἀρχέστρατον ἐπιβαλόντας κελεύουσιν ἐπὶ θερμὸν τήγανον σίζουσαν ἀφαιρεῖν· ἅμα δ' ἧπται καὶ σίζει καθάπερ τοὔλαιον, εὐθύς. διὸ λέγεται· ἴδε πῦρ ἀφύη'.

XI Ath. VII 300d: ἀλλὰ καὶ Ἀρχέστρατός φησι τάδε περὶ αὐτοῦ (sc. τοῦ ἔλοπος) «τὸν — ἀφικνεῖται».

XII Ath. VII 328b: ὁ δὲ σοφὸς Ἀ. ἐν ταῖς ὑποθήκαις λέγει «χρύσοφρυν — δεκάπηχυς».

VARIETAS LECTIONIS

X τήγανον εἰς θερμὸν σὺ βαλὼν σίζουσαν ἀφαίρει | τοῦ πυρός, αὐτίκα γὰρ καθάπερ τοὔλαιον ἐκείνη | ἧπται καὶ σίζει sive ἀφύην δὲ κελεύω | τήγανον εἰς θερμὸν βληθεῖσαν θᾶσσον ἀφαιρεῖν κτλ. sive σίζουσαν πυρός, ἢ καθάπερ τοὔλαιον ἅμ' εὐθὺς | ἧπται καὶ σίζει Ribbeck

XI 1 ἔλοπα *A* ἐνικλίναις *A* 2 κρατιστεύοντα *A* 3 γεγονως θήνκανη *A*, corr. Ribbeck 4 Ἀσίην Wachsmuth: ἄλλην *A*

θρέμμα Σελινοῦντος σεμνοῦ. πλῦνον δέ νιν ὀρθῶς,
εἶθ' ὅλον ὀπτήσας παράθες, κἂν ᾖ δεκάπηχυς.

XIII καὶ σπάρον ἐν παράλῳ Καλχηδόνι τὸν μέγαν ὄπτα, (41)
πλύνας εὖ· χρηστὸν δὲ καὶ ἐν Βυζαντίῳ ὄψει
κεὐμεγέθη, κυκλίῃ ⟨δ'⟩ ἴσον ἀσπίδι σῶμα φοροῦντα.
τοῦτον ὅλον θεράπευε τρόπον τοιόνδε· λαβών νιν,
ἡνίκ' ἂν εὖ τυρῷ καὶ ἐλαίῳ πάντα πυκασθῇ,
κρίβανον ἐς θερμὸν κρέμασον κἄπειτα κατόπτα·
πάσσειν δ' ἁλσὶ κυμινοτρίβοις καὶ γλαυκῷ ἐλαίῳ
ἐκ χειρὸς κατακρουνίζων θεοδέγμονα πηγήν.

XIV τὸν δ' ὄνον Ἀνθηδών, τὸν καλλαρίην καλέουσιν, (35)
ἐκτρέφει εὐμεγέθη, σομφὴν δ' ἄρ' ἔχει τινὰ σάρκα,
κἄλλως οὐχ ἡδεῖαν ἔμοιγ', ἄλλοι δὲ ⟨λίην νιν⟩
αἰνοῦσιν· χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δ' ἐκείνοις.

TESTIMONIA

XIII Ath. VII 320 a: Ἀ. δ' ἐν τῇ Γαστρονομίᾳ ... (fr. XXXXI), κἂν ἄλλῳ δὲ μέρει φησὶ «καὶ — πηγήν».
XIV Ath. VII 316 a: Ἀ. δέ φησι «τὸν — ἐκείνοις».

VARIETAS LECTIONIS

XII 3 πλύνον ante Dindorfium.

XIII 1 σκάρον vulgo, σπάρον dedi καρχηδόνι A, corr. Schweigh. (χαλκηδόνι C, superscr. κ ρχ) 2 εὔχρηστον A, corr. Dindorf 3 καὶ μέγεθος A, correxi κυκλίῃ: κυκλιας A, κυκλίᾳ ed. pr., inserui δ' νῶτα A, σῶμα Ribbeck collato Batr. v. 44 5 τε post τυρῷ addit A ἀλεύρῳ Stadtm. pro ἐλαίῳ, sed fuit fortasse τυρῷ καὶ σιλφίῳ ἀμφιπυκασθῇ 7 πάσσων θ' Stadtmueller.

XIV 1 ἀνοηδων A, corr. Casaubonus καλλαρίην: καλλαρίαν A 2 εὐμεγέθης ὀμφὴν A δὲ τρέφει τινὰ A, correxit Ribbeck 3 καλῶς A, correxit Coraes 3 sq. ἔμοιγε ἀλλ' ὑδαίνουσαν A, ἔμοιγ', ἄλλοι δὲ μάλιστα | αἰνοῦσιν Heringa, ἄλλοι δέ μιν αἰνῶς Ribbeck, ἄλλοι δὲ λίην νιν Stadtmueller

XV αὐτὰρ ἐς Ἀμβρακίην ἐλθὼν εὐδαίμονα χώρην (23)
κάπρον ἐὰν ἐσίδῃς ὠνοῦ καὶ μὴ παράλειπε,
κἂν ἰσόχρυσος ἔῃ, μή σοι νέμεσις καταπνεύσῃ
δεινὴ ἀπ' ἀθανάτων· τὸ γάρ ἐστιν νέκταρος ἄνθος.
τούτου δ' ⟨οὐ⟩ θέμις ἐστὶ φαγεῖν θνητοῖσιν ἅπασιν
οὐδ' ἐσιδεῖν ὅσσοισιν, ὅσοι μὴ πλεκτὸν ὕφασμα
σχοίνου ἑλειοτρόφου κοῖλον χείρεσσιν ἔχοντες
εἰώθασι δονεῖν ψήφους ὀρθῷ τε λογισμῷ
ἄρθρων μηλείων ἐπ' ἄγρην δωρήματα βάλλειν.

HOMERI VERSVS SIMILES

XV 3 νέμεσις δέ μοι ἐξ ἀνθρώπων | ἔσσεται β 136 sq.
4 ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπορρώξ ι 359; cf. infra Eustathii test.
5 τῷ δ' οὐ θέμις ἐστὶ μιγῆναι Ξ 386

TESTIMONIA

XV Ath. VII 305e: Ἀ. δέ φησιν «αὐτὰρ — βάλλων». Eustath. 1872, 17: καθὰ καὶ ὗς θαλάσσιος, οὕτω καὶ κάπρος, ὡς δηλοῖ καὶ Ἀθήναιος ἐν τῷ κάπρον ἂν ἐσίδῃς θαλάττιον ὠνοῦ καὶ μὴ καταλίπῃς, κἂν ἰσόχρυσος ἔνι, μή σοι νέμεσις καταπνεύσῃ δεινὴ ἀπ' ἀθανάτων, τὸ γάρ ἐστι νέκταρος ἄνθος. Eustath. 1633, 49: παραποιήσας δέ τις τὸ νέκταρος ἀπορρὼξ παρὰ τῷ δειπνοσοφιστῇ ἐπὶ κάπρου θαλαττίου ἔφη τὸ γὰρ νέκταρος ἄνθος.

VARIETAS LECTIONIS

XV 1 Ἀμβρακίην — χώρην: Ἀμβρακίαν — χώραν *A* 2 τὸν καρπὸν ἂν *A*, corr. *C* κάπρον ἐὰν Dindorf παράλειπε scripsi: κατάλειπε *A* 5 τούτου δὲ θέμις *A*, corr. Casaubonus 6 ὅσοις *A*, corr. *C* 7 ἐλιοτρόφου *A*, corr. Dindorf κοίλον *A*, corr. Casaubonus 8 ὀρθῷ τε Stadtmueller: αἴθωνι *A* 9 ἐπὶ γῆν *A*, ἐπ' ἄγρην Stadtmueller, idem θηρήματα βάλλειν *C*: βάλλων *A*

XVI . . . .
Ἰταλίης τε μεταξὺ κατὰ στενοκύμονα πορθμὸν (32)
ἡ πλωτὴ μύραινα καλουμένη ἄν ποτε ληφθῇ,
ὠνοῦ· τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖ θαυμαστὸν ἔδεσμα.

XVII αὐτὰρ τὸν σινόδοντα μέσον ζήτει παχὺν εἶναι· (40)
ἐκ πορθμοῦ δὲ λαβεῖν πειρῶ καὶ τοῦτον, ἑταῖρε.
ταὐτὰ δὲ ταῦτα κυρῶ φράζων καὶ πρὸς σέ, Κλέαινε.

XVIII γόγγρου μὲν γὰρ ἔχεις κεφαλήν, φίλος, ἐν Σικυῶνι (16)
πίονος, ἰσχυροῦ, μεγάλου καὶ πάντα τὰ κοῖλα·
εἶτα χρόνον πολὺν ἕψε χλόῃ περίπαστον ἐν ἅλμῃ.
. . . .

XIX καὶ γόγγρος σπουδαῖος ἁλίσκεται ὅστε τοσοῦτον (17)

TESTIMONIA

XVI Ath. VII 312f: *Ἀ. δὲ ὁ ἡδονικὸς φιλόσοφός φησιν «Ἰταλίας — ἔδεσμα».*

XVII Ath. VII 322c: *σινόδοντα δὲ αὐτὸν λέγει διὰ τοῦ ῑ Δωρίων, ἔτι δὲ Ἀ. ἐν τούτοις «αὐτὰρ — Κλέαινε».*

XVIII Ath. VII 293f: *Ἀ. μὲν γὰρ ἐν τῇ Γαστρονομίᾳ καὶ ὁπόθεν ἕκαστον μέρος αὐτοῦ δεῖ συνωνεῖσθαι διηγεῖται οὕτως «γόγγρου — ἅλμῃ».*

XIX Ath. VII 294a: *ἑξῆς τε περὶ τῶν κατ' Ἰταλίαν τόπων διεξιὼν πάλιν ὁ καλὸς οὗτος περιηγητής φησιν «καὶ — κορακίνων».*

VARIETAS LECTIONIS

XVI 1 *Ἰταλίης τε*: *Ἰταλίας δὲ A*, lacunam indicavit Ribbeck qui proponit *Πελωριάδος* (sive *Θρινακίης*) *δὲ* | *Ἰταλίας τε Ἰταλίας δὲ* ... *μεταξὺ* Kaibel, *Ἰταλίης δὲ μάλ' ἄγχι* Stadtmueller

XVII 1 *τὸν* om. *A*, supplevit Casaubonus *μέσον* scripsi: *μὲν ὂν A* *ζήτει C*: *ζητεῖ A* *ἀτὰρ σινόδοντα μέγαν ζήτει* Kaibel, *Μένων* sive *μένων* Meineke, *μὲν οὖν* Ribbeck 3 *ταῦτα δὲ ταῦτα A*, *ταὐτὰ δὲ ταῦτα* Dindorf, *ταῦτα δὲ πάντα* editores *Κλέανδρε* Valckenaer

τῶν ἄλλων πάντων γόγγρων κρατεῖ αὐτός, ὅσον περ
θύννος ὁ πιότατος τῶν φαυλοτάτων κορακίνων.

XX ἀλλά μοι ὀψώνει γλαύκου κεφαλὴν ἐν Ὀλύνθῳ (15)
καὶ Μεγάροις· σεμνὸς γὰρ ἁλίσκεται ἐκτεναγιστῆς·
XXI ἐν δὲ Ῥόδῳ γαλεὸν τὸν ἀλώπεκα· κἂν ἀποθνήσκειν (13)
μέλλης, ἂν μή σοι πωλεῖν θέλῃ, ἅρπασον αὐτόν,
ὃν καλέουσι Συρακόσιοι κύνα πίονα· κᾆτα
ὕστερον ἤδη πάσχ' ὅ τι σοι πεπρωμένον ἐστίν.

HOMERI VERSVS SIMILES

XXI 3 ὅντε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν Χ 29
4 ὁπποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν Γ 309

TESTIMONIA

XX Ath. VII 295 c: τὴν δὲ τοῦ γλαύκου κεφαλὴν ἐπαινῶν ὁ Ἀρχέστρατός φησιν «ἀλλὰ — τεναγιστῆς».

XXI Ath. VII 286 a post Lyncei verba: ⟨ὃν⟩ (sc. τὸν ἀλώπεκα) ὁ τὴν Ἡδυπάθειαν γράψας παρακελεύεται τῷ μὴ δυναμένῳ τιμῇ κατεργάσασθαι τὴν ἐπιθυμίαν ἀδικίᾳ κτήσασθαι [τὴν ὀψοφαγίαν] pergit: Ἀρχέστρατον λέγει τὸν τένθην ὁ Λυγκεύς, ὃς ἐν τῷ πολυθρυλήτῳ ποιήματι περὶ τοῦ γαλεοῦ λέγει οὕτως «ἐν — ἐστίν». Ath. VII 294 f: ἀλλ' ὅ γε Ἀρχέστρατος περὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ γαλεοῦ λέγων τοῖς ἑταίροις πατρικῶς πως συμβουλεύων φησίν «ἐν — ἐστίν».

VARIETAS LECTIONIS

XIX 2 sq. ὥστε τοσοῦτον τῶν ἄλλων πάντων ὄψων κρατεῖ οὗτος A, ὅστε — αὐτὸς Ribbeck auctore Dalecampio qui vertit 'qui tantum obsoniis anteit ceteris omnibus' γόγγρων scripsi pro ὄψων, κόλπων Kaibel

XXIII Ad **v. 1** Ribbeckius apte confert Mnesimachum ap. Ath. IX 403b (II 438 Kock) v. 36: *κυνὸς οὐραῖον τῶν καρχαριῶν.* **V. 7** rectius fortasse scribitur *κοίλοις*. **V. 14.** Talem hominem inducit Antiphanes *ἐν Βουταλίωνι* (Ath. VIII 358 = II 38 Kock) 'ex agro nuper in urbem transvectum, quem nescio quis lautis epulis excipere

cupit': *ἰχθὺν τίν' ἡδέως φάγοις ἄν; Φ. εἰς ἀγρὸν | ἦλθεν φέρων ποτ' ἰχθυοπώλης μαινίδας | καὶ τριγλίδας, καὶ νὴ Δί' ἤρεσεν σφόδρα | ἡμῖν ἅπασιν. Α. εἶτα καὶ νῦν, εἰπέ μοι, | τούτων φάγοις ἄν; Φ. κἄν τις ἄλλος μικρὸς ᾖ· | τοὺς γὰρ μεγάλους τούτους ἅπαντας νενόμικα | ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς. Α. τί φής, ὦ φίλτατε, | ἀνθρωποφάγους; πῶς;* Iam servus intercipit lepide illud verbum interpretatus: *ὧν ἂν ἄνθρωπος φάγοι, | δῆλον ὅτι. ταῦτα δ' ἐστὶν Ἑλένης βρώματα, | ἅ φησιν οὗτος, μαινίδας καὶ τριγλίδας.* Iisdem fere verbis idem Antiphanes lusit in Curide (Ath. VII 303 = II 63 Kock): *ὁ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος | θαλάττιον μὲν οὗτος οὐδὲν ἐσθίει, | πλὴν τῶν παρὰ γῆν κτἑ.* Alio sed minus recte detorquet Eustathius verbum *ἀνθρωποφάγος* p. 1630, 11 *καθά τις καὶ ἰχθύας, οἳ πολλοῦ ἐτιμῶντο, ἀνθρωποφάγους εἶπε . . . ὡς τὰς περιουσίας τῶν τρυφώντων κατασπῶντας οἷα ἐκείνους αὐτούς.* Ceterum cf. p. 124 adn. 2. De Diodoro vide supra p. 122.

XXIV **V. 1.** Verba *ἀλλὰ παρεὶς λῆρον πολύν* facile referuntur ad fragmenti antecedentis exitum, vide supra p. 138. Verba *λῆρον πολύν* quasi proverbii loco dici monet Meinekius collatis Cic. ad Att. XVI 1 '*λῆρος πολὺς* in vino et in somno istorum' et Aristoph. Polyid. fr. 390 Dind. (I 508 Kock): *τὸ γὰρ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον λῆρος πολύς.* **V. 2** non est quod cum Ribbeckio traditam scripturam mutemus scribentes *χηλάς τε* pro *ἄλλως τε* ('praestat adverbium velut *ἀφάτως τε βαρείας.*' Kaibelius). Rectissime enim Bussemakerus *ἄλλως* interpretatur 'ceteroquin', sicut legitur apud eundem Archestratum fr. L 2: *ἄλλως τ' εὔοψον σφόδρα χωρίον ἐστὶ Κάρυστος.* Neque enim illud tanti refert, longa esse brachia cancri, quanti refert gravia esse et crassa; quare non satis habet dixisse brachia longa (possint enim hae vel tenuia esse), sed addit 'et ceteroquin gravia'. Subtilius deinde quam rectius interesse aliquid Ribbeckius statuit inter *χεῖρας* et *χηλάς*: totos enim asta-

eorum pedes priores esse *χεῖρας*, horum autem partes, quae sint hominis *ἄκραι χεῖρες*, astacorum esse *χηλάς*. Omnem denique dubitationem tollit Epicharmi locus *ἐν Ἥβας γάμῳ* (Ath. III 105a = p. 231 Lor.), quem Archestrato in animo fuisse meo iure contendo:

ἐντὶ δ' ἀστακοὶ κολυβδαιναί τε χὠς τὰ πόδι' ἔχει
μικρά, τὰς χεῖρας δὲ μακράς, κάραβος δὲ τὤνυμα.

Quos vero affert Ribbeckius Aristotelis locos, A. H. IV 2, 1: *οὗτοι* (sc. *οἱ ἀστακοί*) *δὲ διαφέρουσι τῶν καράβων τῷ ἔχειν χηλάς* et de part. anim. IV 9, 19 *οἱ δ' ἀστακοὶ μόνοι ὁποτέραν ἂν τύχωσιν ἔχουσι μείζω τῶν χηλῶν*, nihil demonstrant nisi quae poetis sint *χεῖρες* proprio Graecorum sermone dici *χηλάς*. **V. 3** sq. Notabilis est diversus utriusque versus color: nam versus 3 altero hemistichio per coordinationem priori addito purus putus epicus evadit, v. 4 et numeris languidissimis et pedestri plane sermone paene intolerabilis fit. Stadtmuellerus *πληθὺν* collato LIII 2 *μεγάλους πολλούς τε τὸ πλῆθος*.

XXV Vide supra p. 134.

XXVI **V. 1** explevi ut potui. **V. 2.** Affert Ribbeckius Antiphanem ap. Ath. VII 295c (II 92 Kock): *φάγροι δ' Ἐρετρικοί*. **V. 3** supplevi *φίλε* sicut fr. XVIII 1 legitur *φίλος*. Nam quod Ribbeckio olim placuit *μηδεὶς ἐσενέγκῃ*, displicet propter personae mutationem, Schweighaeuseri coniectura *μηδ' εἴσω ἐνέγκῃς* aequo fortior evadit. Quod denique Meinekius explevit *σόν*, supervacaneum est.

XXVII Vide supra p. 134.

XXVIII Epicharmus ap. Ath. VII 321d (fr. 23 Lor.): *ταὶ πίονες | σκατοφάγοι σάλπαι βδελυχραί, ἀδέαι δ' ἐν τῷ θέρει*. A Plinio N. H. IX 68 salpa dicitur circa Ebusum aestimari, 'obscenus alibi et qui nusquam percoqui possit nisi ferula verberatus'.

XXIX et XXX Vide supra p. 137.

XXXI **V. 2** emendavit Ribbeckius versus quarti ratione

habita, in citharo quoque albo magnitudinis mentionem fieri desiderans. **V. 3.** Non placet quod Meinekius pro *βαιὰ* coniecit *καί*, cum non pari iure utantur muria et quae in ea natant folia. Itaque scripsi *κατά*, ut praeciperet poeta citharum in muria sub foliis condendum esse; cf. XXXV 8. [Stadtmuellerns proponit *διὰ φύλλα*.]

XXXII Vide supra p. 137.

XXXIII **V. 2.** Cfr. Plat. Phaedr. p. 247b: *ὅταν δὲ δὴ πρὸς δαῖτα καὶ ἐπὶ θοίνην ἴωσιν (οἱ θεοί), ἄκραν ὑπὸ τὴν ὑπουρανίαν ἁψῖδα πορεύονται.* Vide Anthol. Pal. IX 208. 'Et ante v. 3 et ante v. 4 videtur esse lacuna. Abhorret enim quam maxime a poetae consuetudine quod de apparandi huius piscis ratione ne verbo quidem addito, quoniam emi caput eius iussit, statim docet calidum eum apponendum esse; nec non displicet idem verbum quod est *αὐτοῦ* repetitum in extremis versibus 3 et 4' (Ribbeckius). Tamen necessarium non est lacunam ut statuamus, aurium vero offensio in repetito pronomine *αὐτοῦ* longe superatur ea quam poeta admisit fr. L *ἄριστος — Κάρυστος*.

XXXIV **V. 3.** Optime de hoc versu meruit Ribbeckius, qui formam *ὄρκυν* tuetur eadem vocalis *υ* productione apud Homerum *Φόρκυν* *P* 218, 318, Hesiodum *Φόρκυϊ* theog. 270, Archestratum *ἰχθὺν εἰς αἰεί* fr. XXVIII 2, deinde *ἄλλοτε* dedit pro *ἄλλοι* provocans ad Sostratum ap. Ath. VII 303b: *Σώστρατος δ' ἐν δευτέρῳ περὶ ζῴων τὴν πηλαμύδα θυννίδα καλεῖσθαι λέγει, μείζω δὲ γινομένην θύννον, ἔτι δὲ μείζονα ὄρκυνον, ὑπερβαλλόντως δὲ αὐξανόμενον γίνεσθαι κῆτος*, denique *θεοῖς* corruptum esse docuit; neque enim quid dis offerri deberet Archestratus carmine suo docuisse, sed quid quo tempore ubi terrarum emendum et qua quidque ratione apparandum videretur. Itaque proponit *θέρευς* collatis XXXII 2 *θέρευς*, XXXV 1 *φθινοπώρου*, XXXIII 1 *ἐν θέρει*. Potest etiam fuisse *τούτου θέρεος χρή*, ut Ribbeckius fr. XXXII 2 legit *ταύτην*

θέρεος κατὰ Χαλκίδα κεδνήν. Unde deorum mentio (cf. etiam *μητέρι τιμῆς*) huc irrepserit, facile intellegitur: ex universo enim piscium numero thynni fere solius sacrificia fiebant; cf. Ath. VII 297e: *Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ λέξεως* (p. 174 Wil.) *τοὺς Αἰολέας λέγει θυσίαν ἐπιτελοῦντας τῷ Ποσειδῶνι ὑπὸ τὴν τῶν θύννων ὥραν, ὅταν εὐαγρήσωσι, θύειν τῷ θεῷ τὸν πρῶτον ἁλόντα θύννον, καὶ τὴν θυσίαν ταύτην καλεῖσθαι θυνναῖον.* Nunc quoque a piscatoribus Italicis ex Sanctorum numero ei, quem thynnorum capturae praesidem atque patronum sortiti sunt, pars praedae dono offertur; vide Cetti abbatis testimonium apud Brehmium l. l. p. 100. Optime vero exposuit nuper Paulus Stengel in Hermae vol. XXII 1887 p. 94 sqq. 'über die Wild- und Fischopfer der Griechen', qui docet ideo pisces a veteribus dis non esse sacrificatos, quod neque sanguinem habeant nec potuerint vivi atque integri ad deorum aras afferri. Nihil autem sibi postulare deos nisi vitam hostiae, quam sanguine potissimum contineri veteres putarent. Ceterum praeter thynnos anguillas quoque Copaides sacrificatas esse constat ex Ath. VII 297c et Menandro ap. Ath. VIII 364d (IV 161 Mein.). **V. 4** subsistendum est in eo quod Coraes coniecit *καὶ μὴ περὶ τιμῆς* insequente lacuna qua Meinekius *δηριάαν* vel simile quid intercidisse suspicatur. **V. 5.** Quare Byzantii potissimum *ἐν τῷ Κέρατι* thynni capiantur ex Ponto Euxino proficiscentes, accuratius explicat Strabo VII p. 320. **V. 9.** Kaibelii coniectura *Περσεφόνης ἕδος εὐστεφάνου* nititur loco Strabonis VI p. 256: *διὰ δὲ τὸ εὐλείμωνα εἶναι τὰ περικείμενα χωρία καὶ ἀνθηρὰ τὴν Κόρην ἐκ Σικελίας πεπιστεύκασιν ἀφικνεῖσθαι δεῦρο ἀνθολογήσουσαν· ἐκ δὲ τούτου ταῖς γυναιξὶν ἐν ἔθει γέγονεν ἀνθολογεῖν τε καὶ στεφανηπλοκεῖν, ὥστε ταῖς ἑορταῖς αἰσχρὸν εἶναι στεφάνους ὠνητοὺς φορεῖν.* **V. 11** sqq. ea loca Siciliae poeta significare videtur, quorum ipse non solum accola (*ἐπὶ τῶνδε*

τόπων) sed etiam civis fuerit (*ἡμεῖς*). Iam cum Hipponio ait thynnos per multa maria ad patriam suam deferri, Gela fortasse potius debet intellegi quam Syracusae, ut quae longius ab Hipponio absit atque in ora Siciliae sita sit maxime contraria.

XXXV Ribbeckio videbatur collocandum post fr. XXXXV ut verba *οὐ γὰρ μὴ σὺ διαφθείρῃς γ', οὐδ' ἂν ἐπιθυμῇς* opponerentur iis, quae illic de Syracusanis et Italiotis omnia pessumdantibus leguntur. Quod necessarium non est; meam sententiam vide ad XXIV 1. **V. 6.** Aptissime affert Ribbeckius Ananium ap. Ath. VII 282b (II 502 Bergk[4]): *τῶν καλῶν δ' ὄψων ἄριστον καρὶς ἐκ συκέης φύλλου.* Amiae *σκευασίαν* similiter describit Sotades comicus apud Ath. VII 293a (II 448 Kock) v. 26 sqq.: *ἀμίαν τε χήραν, θηρίον καλὸν σφόδρα, | θρίοισι ταύτην ἅλις ἐλαδίῳ διεὶς | ἐσπαργάνωσα περιπάσας ὀρίγανον, | ἐνέκρυψά θ' ὥσπερ δαλὸν εἰς πολλὴν τέφραν.* **V. 7.** Similis ellipsis legitur fr. XXXXIX 2 *καὶ ταύτῃ τυρὸν καὶ σίλφιον.* Sed ferri nequit *λῆρον*, itaque scripsi *μὴ 'λαιον* collatis fr. XXXI 6, XXXXVIII 1 sq., XXXXIX 2. **V. 8.** Ribbeckio displicent verba *ἐν συκῆς φύλλοις* ex v. 6 repetita, sed maiore cum studio hoc praeceptum poeta commendat. **V. 14** pro *κλεινὸν* Stadtmuellerus suspicatur *κεῖθεν.* Eodem v. scripsi *χείρω*, quod commodius ad *λήψει* quam ad *γίγνεται* refertur; cf. fr. XXXXII 2. Causam depravationis illius piscis ex fr. XI et XXXIV poteris intellegere; nam ut helopis Syracusae, ita amiae Byzantium esse patria ferebatur: Arist. N. H. 8, 15 *θυννίδες δὲ καὶ πηλαμύδες καὶ ἀμίαι εἰς τὸν Πόντον ἐμβάλλουσι τοῦ ἔαρος καὶ θερίζουσιν . . . καὶ ὁ γόνος δὲ τότε μικρὸς ἁλίσκεται περὶ Βυζάντιον*; cf. ib. 5, 9, 5 *αἱ δὲ πηλαμύδες καὶ οἱ θύννοι τίκτουσιν ἐν τῷ Πόντῳ, ἄλλοθι δ' οὔ.* **V. 14** sententiarum conexus postulat ut scribamus *ἀμείψῃ*, sic enim loci mutatione ad piscem, non ad eum qui illum capit, relata optime procedit oratio.

Ceterum hic locus Aeschylum sapit: cf. Pers. 70 *πορθμὸν ἀμείψας Ἀθαμαντίδος Ἕλλας* et ibid. 451 *ἐναλίων πόρων*. **V. 15.** 'Aegaeum mare dixit Archestratus angustiore sensu de mari circa Aegas Lesbiacas'. Meinekius.

XXXVI De hoc fragmento et sequentibus vide supra p. 136. **V. 3** retinui *ἔχειν* (Dielesius proponit *ἔδειν*) propter fr. XXXVII 1 *καὶ θύννης οὐραῖον ἔχειν* et XXXVIII 6 *ἀλλὰ τριταῖον ἔχειν σκόμβρον*. Recepi *ἔδειν* pro *ἔχειν* fr. XXXVII 5. **V. 9** *πληθώρην* Stadtmuellerus collato Herodot. VII 49 *πληθώρη εὐπρηξίης*.

XXXVII **V. 1** sq. Euthydemus Atheniensis *ἐν τῷ περὶ ταρίχων* (Ath. III 116 b): *θύννων δ' ὡραίων Βυζάντιον ἔπλετο μήτηρ*. Antiphanes ap. Ath. III 118 d (II 43 Kock): *Βυζαντίας δὲ θυννίδος*, VII 303 f (II 85 Kock): *τῆς τε βελτίστης μεσαῖον θυννάδος Βυζαντίας | τέμαχος*. **V. 4** idem ac fr. XXXVI 8 de quo vide supra p. 136. **V. 5.** Ribbeckius confert Aristoph. equ. 346 *θύννεια θερμὰ καταφαγών*. **V. 7** vix possunt intellegi ipsi dei caelestes, sed inter pisces ii qui delicatorum hominum paene divina veneratione colebantur propter carnis dulcedinem et candorem sicut anguilla; cf. Matr. 38 sqq. atque ibi adnotata. Si mecum legis v. 6 *κἂν αὖ ξηρ' ἐθέλῃς*, etiam v. 8 scribendum videtur *ἐκεῖνα* pro *ἐκείνη*.

XXXVIII **V. 2.** Meinekius scribens *τμηθὲν ὅτ' ἐν βίκοισι* recte interpretatur 'concisum eo tempore quo'; at scombrum poeta iubet paullo infra v. 6 post triduum demum sale condiri. Est *βῖκος* idem quod *στάμνος* apud Euthydemum (Ath. III 116 c): *ὀρκύνοιο τρίγωνα, τά τ' ἐν στάμνοισι τεθέντα | ἀμφαλλὰξ δείπνοισι ἐνὶ πρώτοισιν ὀπηδεῖ*. Cfr. etiam Eustathii testimonium. **V. 4.** *Ποντικῷ ὄψῳ*: aliter Dorio ap. Ath. III 118 b: *τὸν κορακῖνον ὑπὸ πολλῶν λέγεσθαι σαπέρδην καὶ εἶναι κράτιστον τὸν ἐκ τῆς Μαιώτιδος λίμνης*. Qua dissensione confirmatur fortasse Stadtmuelleri suspicio pro *Ποντικῷ* reponendum esse *φορ-*

τικῷ, cui *Ποντικῷ* vel ideo displicet, quod hic saperdae originem indicare nil attineat, contra reprehensio qualis sit in *φορτικῷ* desideretur. **V. 7** *νέον* sensu caret post verba τριταῖον ἔχειν, scripsi *νέου* ut nova amphora scombro condiundo requiratur. **V. 8.** Cfr. Euthydemus ap. Ath. III 116b: *θύννων δ' ὡραίων Βυζάντιον ἔπλετο μητὴρ | καὶ σκόμβρων* et Hermippus ap. Ath. I 27d (I 243 Kock) v. 5: *ἐκ δ' Ἑλλησπόντου σκόμβρους καὶ πάντα ταρίχη.*

XXXIX De universo hoc fragmento vide supra p. 136 sq. Rectissime autem Gesnerus quaerenti Athenaeo respondere videtur, eum piscem quem a metro heroico poeta abhorrere dicit, *ἀντακαῖον* esse. Nam et Antiphanes in Parasito (Ath. III 118d = II 87 Kock) ait *τάριχος ἀντακαῖον ἐν μέσῳ | πῖον, ὁλόλευκον, θερμόν,* et nunc quoque cum id genus piscium, quod ex familia acipenserum est, in Ponto Euxino capiatur, piscatores non accuratius inter diversa acipenserum genera distinguunt quam ut rubrum tantummodo et album genus discernant, cfr. Brehmius l. l. p. 360. Ad album igitur genus *ἀντακαῖος* pertinere videtur.

XXXX **V. 2.** Brehmius l. l. p. 121 de gladio testatur 'dass man heutzutage das Fleisch des jungen Schwertfisches als vorzüglich ansieht und von den Alten einen Teil des Schwanzes und die um die Flossen liegenden Muskeln als Leckerbissen betrachtet'. **V. 3** '*προχοαῖσι* libri; *προμολαῖσι* Meinekius, sed praestantius *προβολαῖσι*; sunt enim *προμολαί* cacumina, *προβολαί* promontoria. Oppian. Hal. V 452 *Ταιναρίη τ' ἐπέλασσεν ἐπὶ προβολῇσι Λακώνων*'. Ribbeckius.

XXXXI Vide supra p. 132 sq. et 134. **V. 3** acutissime Kaibelius apud Ribbeckium: 'an fuit ex eorum numero Archestratus, qui Semiticae stirpis esse putarent Cares? quos quidni etiam veteres putabimus observasse incurvatis pedibus prae ceteris mortalibus a natura donatos fuisse?' Ceterum quem Homeri locum parodice poeta

imitetur (*K* 428) animadvertit is qui in libro C verbo *ἀγκυλοκώλων* superscripsit *τόξων*.

XXXXII Vide supra p. 130.

XXXXIII cum fr. XXXXIV quod est de mugile Abderae capiendo, arte coniungendum videtur ita ut verba *κεστρέα τὸν θαυμαστὸν* ex verbo *ἀγόραζε* pendeant. Aeginetarum enim urbanitati poeta Abderitarum decantatam opponit stupiditatem: ʻmugilem fac emas ex Aegina ubi viris urbanis occurres, ad stupidorum vero urbem Abderam profectus mugilem admirabilem cum hiems venerit'. [Cuius sententiae hanc fere formam proponit Stadtmuellerus:

κεστρέα δ' Αἰγίνης ἐξ ἀμφιρύτης ἀγόραζε,
ἀνδράσι τ' ἀστείοισιν ὁμιλήσεις· ἐπιὼν δὲ
Ἄβδηρ' ἠλιθίους μὲν δήεις ἀνέρας, ἀλλὰ
κεστρέα τὸν θαυμαστόν, ὅταν χειμὼν ἀφίκηται.]

Ceterum cf. supra p. 131.

XXXXV De universo hoc fragmento cf. supra p. 134 sq. **V. 1.** Affert Athenaeus VII 311 c locum Aristophanis Equ. 361 *λάβρακας Μιλησίους*. Idem VII 311 e de Gaesone haec: *ὁ δὲ Γαίσων, οὗ Ἀρχέστρατος μνημονεύει, ἡ Γαισωνὶς λίμνη ἐστὶ μεταξὺ Πριήνης καὶ Μιλήτου ἡνωμένη τῇ θαλάττῃ, ὡς Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἱστορεῖ . . Ἔφορος δὲ . . ποταμὸν εἶναί φησι τὸν Γαίσωνα περὶ Πριήνην, ὃν εἰσρεῖν εἰς λίμνην.* Itaque *Γαίσων* fluvius lacum, cui et ipsi Gaesonis nomen erat, effecisse, hic autem lacus in mare exiisse videtur. Hoc testatur Apostolius quoque paroemiographus X 38, qui *λάβρακας Μιλησίους* in proverbium dicit abiisse *ἐπὶ τῶν λαιμάργων· ἐν Μιλήτῳ δὲ τῆς Ἀσίας μέγιστοι γίνονται λάβρακες καὶ πλεῖστοι διὰ τὴν ἐκδιδοῦσαν λίμνην εἰς θάλασσαν.* Accuratius etiam scholiasta Arist. equ. 360: *ἐν Μιλήτῳ τῆς Ἀσίας μέγιστοι οἱ λάβρακες διὰ τὴν εἰσρέουσαν λίμνην εἰς τὴν θάλασσαν. χαίροντες γὰρ οἱ ἰχθύες τῷ γλυκεῖ ὕδατι εἰς τὴν λίμνην ἐκ τῆς θαλάσσης ἀνατρέχουσι, καὶ οὕτω πληθύνουσι παρὰ τοῖς Μιλησίοις.* (Cf. Aelian. N.

An. I 30.) Quibus testimoniis optime illustrantur verba Archestrati ὁ γὰρ τόπος ἐστὶ τοιοῦτος. Maxime enim idoneus piscibus marinis lacus dulcis aquae ubi fetus possint deponere. Ad θεόπαιδα vide quae similia passim apud Matronem leguntur et Eustathii testimonium. **V. 5.** Similiter laudat Ambraciam fr. XV 1. **V. 9** quid sit μαλακῶς ὀπτᾶν explicat Schweighaeuserus locutione Hippocrati usitata μαλακῷ πυρὶ ὀπτᾶν. Sic Philemo ap. Ath. VIII 288 e (II 500 Kock): οὕτως ἁπαλὸν ἔδωκα καὶ πρᾷον τὸ πῦρ | ὀπτῶν τὸν ἰχθύν. Eodem versu γλίσχρης Stadtmuellerus pro χρηστοὺς quod ex v. 12 huc inlatum videtur, διχ' ἅλμης Meinekius propter v. 14. **V. 12** χρηστοὶ ἰχθῦς oppositi sunt miseris illis ἰχθυδίοις τρισκαταράτοις: probos pisces apparare nequeunt Syracusani, immo perdunt atque pessumdant. **V. 15** sqq. Ex istorum numero, quos poeta detestatur, videtur coquus esse apud Anthippum (Ath. IX 404 cd = IV 459 Mein.) v. 33: τούτῳ παρέθηκα σηπίας καὶ τευθίδας | καὶ τῶν πετραίων ἰχθύων τῶν ποικίλων | ἐμβαμματίοις γλαφυροῖσι κεχορηγημένα. Nihil autem in verbis traditis mutandum existimo ut grammaticae legibus accommodentur: anacoluthia quae dicitur optime respondet ridiculae fere irae qua poeta saxatiles pisces condemnat. Incipit enim tamquam dicturus sit τῶν δὲ πετραίων ἰχθυδίων Συρακόσιοι πάντων εἰσὶ μάλιστα ἐπιστήμονες sive μάλιστα ἐπιστάμενοι σκευασίης (sic cum gen. φ 406 ἀνὴρ φόρμιγγος ἐπιστάμενος καὶ ἀοιδῆς), qua ex constructione excidit quasi ira ablatus substituens verba πάντων εἰσὶν ἄριστοι ἐπισταμένως διαθεῖναι. **V. 18** γλίσχροις ἡδυσματολήροις Wachsmuthius hoc v. ad viros nugatores relato.

XXXXVI Iam Casaubonus et Schweighaeuserus quaesiverunt cuiusnam esset generis crocodilus, quem assum in deliciis esse Ionum filiis poeta diceret. Sic etiam Ribbeckius: 'dicit A. squatinam se praeferre raiae, qua non magis se delectari quam qui Ionibus in deliciis sit

crocodilo'. At inauditum est esse in Ionia crocodilos nec potest quisquam de lacertis cogitare qui crocodili terrestres a veteribus vocabantur. Quae omnia plana fiunt mecum pro *δαισαίμην* cum legis *δασσαίμην*: 'pariter crocodilum assum distribuerem Ionum filiis i. e. Milesiis quasi cibum delicatum'. Liobatus enim et raia pari carnis duritie poetae videbantur atque crocodilus.

XXXXVII etiam hunc fere in modum potest restitui: *βάτραχον ἔνθ' ἂν ἴδῃς, ὠνοῦ καὶ γάστριον αὐτοῦ | σκεύασον.* Probatur etiam Antiphani (II 65 Kock) *βατράχου γαστήρ.*

XXXXVIII Vide supra p. 135.

XXXXIX Vide supra p. 135. Metagenes ap. Ath. VII 269e (I 706 Kock) mentionem facit *ἑφθῶν βατίδων.*

L Vide supra p. 137 et ad fr. XXXIII.

LII Hunc piscem Matro quoque repudiat Cenae v. 81 sqq. Ribbeckius ex Marcelle Sideta affert verba | *μόρμυρος αἰγιαλεύς.* In proverbium apud Atticos abiit '*μή μοι βαιών· κακὸς ἰχθύς*' teste Ath. VII 288a.

LIII—LV Vide supra p. 133.

LVI Turbavit Ribbeckius artificiosam huius eclogae compositionem qua omnia poeta conchylia percurrit, hoc ordine versuum constituto: 1—3, 6—9, 5, 4. Brevissime enim cetera enumerans ad *κήρυκας* poeta contendit, cuius vocis ambiguitate ludens digressione facta praeter exspectationem Agathonem amicum Lesbium memorat. Cuius rei omnes vis infringeretur si poeta iterum ad singula conchylia enumeranda rediret. Nec video quo pacto verba *πλείστους δ' Ἀμβρακίη παρέχει καὶ ἄπλατα μετ' αὐτῶν | τήθεα Καλχηδών* possint verti 'die meisten bietet Ambracia, und ausser ihm Kalchedon auch noch gewaltige Austern', cum *αὐτῶν* non possit nisi ad *πλείστους* referri. Catalogi similes leguntur apud Epicharmum *ἐν Ἥβας γάμῳ* (Ath. III 85c fr. 1 Lor.), Philyllium (Ath. III 86e = I 785 Kock): *ὄστρειον, | χῆμας, λεπάδας, σωλῆνας, μῦς,*

πίννας, κτένας ἐκ Μιτυλήνης, Anaxandridam (Ath. IV 131 a sq. = II 153 Kock) v. 60 sqq.: κήρυκες, ἅλες, | πίνναι, λεπάδες, μύες, ὄστρεια, | κτένες. **V. 3** sub voce πλείστους conchylii nomen corruptum latere videtur Schweighaeusero et Meinekio. **V. 4** ʽκόγχαι i. q. χῆμαι (cf. Phot. s. κόγχη)ʼ Kaibelius. **V. 5.** Eaedem sunt κόγχαι λεῖαι et πελωριάδες teste Diphilo Siphnio ap. Ath. III 90 c: χημῶν δὲ τῶν τραχειῶν αἱ μικραὶ .. ὄστρεα λέγονται .., αἱ δὲ λεῖαι, βασιλικαὶ δὲ πρός τινων καλούμεναι πελώριαί τε λεγόμεναι κτἑ. (cf. Plin. N. H. XXXII 147 ʽchemae laeves, chemae peloridum generisʼ). Itaque rectissime traditum est v. 5 etiam Ephesi (κἂν Ἐφέσῳ) chemas laeves non malas capi, cum poeta antea in freto Siculo peloridas comparandas esse dixerit. **V. 6** sqq. Similis digressio in parodica homerica Hermippi (Ath. I 27 d = I 243 Kock):

καὶ Κερκυραίους ὁ Ποσειδῶν ἐξολέσειεν
ναυσὶν ἐπὶ γλαφυραῖς, ὁτιὴ δίχα θυμὸν ἔχουσιν.

Confer etiam Antiphanem apud Ath. X 450 d (II 93 Kock):

B. πίνη καὶ τρίγλη φωνὰς ἰχθῦ δύ' ἔχουσαι
πόλλ' ἐλάλουν, περὶ ὧν δὲ πρὸς ὅν τ' ᾤοντο λέγειν τι
οὐκ ἐλάλουν· οὐδὲν γὰρ ἐμάνθανεν, ὥστε πρὸς ὃν μὲν
ἦν αὐταῖς ὁ λόγος, πρὸς δ' αὐτὰς πολλὰ λαλούσας —
Α. αὐτὰς ἀμφοτέρας ἡ Δημήτηρ ἐπιτρίψαι.

Sic enim legendum videtur, ultimo versu interlocutori dato quisquilias alterius impatienter ferenti; cf. Platonem in Phaone (Ath. I 5 b = I 647 Kock): σκόρπιος αὖ — *B.* παίσειέ γέ σου τὸν πρωκτὸν ὑπελθών et Anaxandridam in Protesilao (Ath. IV 131 f = II 153 Kock) v. 66 sqq.

LVII **V. 3.** Lepores in exitu cenae apponebantur; itaque ineptissime legitur πεινῶσι, unde epitomae librarius correctura effecit πίωσι; voluit enim ille sic legi: κεῖνος δ' οὖν ἐστιν ἄριστος· ἂν πίωσι, μεταξὺ φέρῃς κρέας ὀπτὸν ἑκάστῳ κτἑ. Equidem scripsi κεῖνος δ' οὖν ἐστιν ἄριστος, ἂν πίνουσι μεταξὺ φέρῃς, ʽcum bibentibus interimʼ sive

'inter bibendum fers carnem assam unicuique' secundum ea praecepta, quae fr. LXII 6 et 10 sqq. poeta expromit. **V. 9** recepi Ribbeckii coniecturam *γαλεοψοποιούντων* notissimi memor Goethiani illius carminis cuius titulus est 'Katzenpastete': 'Pastetete viel Würze dran und setzt sie vor den Leuten. Doch manche Gäste das verdross, Gewisse feine Nasen: Die Katze, die der Jäger schoss, Macht nie der Koch zum Hasen'.

LVIII **V. 1.** Ribbeckius: '*σιτευτοῦ* vulgo, sed videtur non tam interesse ut parens animalis, cuius carne delectari volumus, sit saginatus, quam ipsum quod esuri sumus (*σιτευτὰς ὄρνιθας* Matro fr. III 2)'. Idem expulit v. 1 *ὁμοῦ*, quod procul dubio ex sequente versu huc aberrasset. Ego scripsi *ὁμῶς*, quod adverbium v. sq. pluribus verbis explicatur *ὀπτὸν ἁπλῶς καὶ τόνδε*. Quod autem ineunte v. 1 legitur *ὡς*, nihil videtur nisi correctura vocis *ὁμοῦ* illuc errore delata, praesertim cum coniunctio *καὶ* usitatissima sit Archestrato ineuntibus versibus ad singula praecepta adnectenda (fr. XIII XXVII XXXIII XXXVII sq. XXXXVI XXXXVIII sq.). Nec dubito quin hoc ordine fr. LVII et LVIII recte se excipiant, cum verba *ὀπτὸν ἁπλῶς καὶ τόνδε* fragmenti LVIII respiciant ad verba *ὀπτὸν* et *ἁπλῶς* v. 3 et 4 fragmenti LVII.

LIX **V. 1.** Ath. II 38d: *καὶ θέσμιον ἔθετο* (scil. Amphictys Atheniensium rex) *προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σιτία ἄκρατον μόνον ὅσον γεύσασθαι, δεῖγμα τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη κεκραμένον, ὁπόσον ἕκαστος βούλεται· προσεπίλεγειν δὲ τούτῳ τὸ τοῦ Διὸς σωτῆρος ὄνομα διδαχῆς καὶ μνήμης ἕνεκα τῶν πινόντων, ὅτι οὕτω πίνοντες ἀσφαλῶς σωθήσονται.* **V. 12.** Archestrati aequales haud dubie non fugiebat, quem potissimum vini Phoenicii laudatorem poeta his versibus carperet. Ribbeckio (Mus. Rh. 1857 p. 211) propter doricam formam *ἅδιστος* Philoxenus Cytherius designari videtur, quam in sententiam

novato quoque vocabulo ἀλαζονοχαυνοφλύαρος deducimur, quod apprime quadrat ad poetam dithyrambicum in illo ipso carmine, quod saepius Archestratus imitatur, verborum sesquipedalium tumidissimum opificem.

LXII **V. 3** admodum languet unguentorum epitheton ἀγαθός in ecloga ceteroquin elatiore stilo insigni. Ipse conieceram ξανθοῖς Anaxilae memor fragmenti ap. Ath. XII 548c (II 268 Kock) ξανθοῖς τε μύροις χρῶτα λιπαίνων. Nunc Stadtmuellero obsecutus sum ἀγανοῖς scribenti collato imprimis hymn. in Cer. 426, ubi κρόκος appellatur ἀγανός. **V. 16** sanum non est αἴνει, nam aut αἰνῶ dicit poeta (VIII 1, LIX 5; cf. LX 4) aut ὤνου, ὀψώνει, λαβέ alia Itaque scripsi αἰνῶ, nisi forte αἵρει dedit poeta quod etiam propius ad traditas litteras accedit. De eorum quae secuntur sententia dubitari nequit: 'si alio loco procul ab Athenis commoratus placentam Athenis factam comparare non poteris, mel Atticum saltem fac acquiras: hoc enim est quod illam superbam reddit'. Atque hoc recte vidit Ribbeckius, delendam esse interpunctionem post εἰ δὲ μὴ ut una evaderet enuntiatio condicionalis, sed quaeritur an εἰ δὲ μὴ ἄν defendi possit exemplis homericis ab illo prolatis *Γ* 25, 288, *Ε* 224, 232, *Σ* 273, quibus locis εἰ et ἄν particulis πέρ vel δέ dirimuntur. Itaque ἄν που fortasse corruptum, velut ipse Ribbeckius proponit εἰ δὲ μὴ αὐτὸν τοῦτον ἔχῃς.

ADDENDA

IV 15 τὸν δ' εἰς ἀγορὴν ὀπτευόμενον ἄρτον Wachsmuthius.

XV 8 sq. Locum difficillimum nunc funditus emendavit Wachsmuthius: εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθωνι λυγισμῷ | ἀρθρων μηλείων ⟨τ'⟩ ἐπ' ἄγρην [quod interim etiam Stadtmueller proposuerat: v. supra] (vel ἄγρῃ) δωρήματα βάλλειν. Ludum illum docet intellegendum esse quem ἐποστρακισμόν Graeci vocabant (cfr. Blümner Antiqu. Graec. Priv. p. 297), nos vocamus 'Schirken', 'Butterbemme streichen', 'Steinblitzen' similia, quo ludo piscatores capros ex alto elicuisse.

I INDEX LOCORVM

HOMERI ET HESIODI A PARODIS ET SILLOGRAPHIS DETORTORVM VEL VSVRPATORVM

Accedunt loci parodorum qui similitudinem quandam cum homericis referunt nec tamen certam admittunt coniecturam tenuioribus litteris expressi

(A = Archestratus, B = Batrachomyomachia, H = Hegemo, M = Matro, T = Timo)

Homerus

II INDEX NOMINVM

A NOMINA DEORVM HEROVM HOMINVM

(Quae coniectura restituta sunt, his cancellis [ ] saepsi)

B NOMINA RANARVM ET MVRIVM IN BATRACHOMYOMACHIA OCCVRRENTIA

(Eos locos, quibus nomina genuina ab interpolatoribus usurpata sunt, his cancellis () circumscripsi)

genuina

C PATRONYMICA SERPENTIS ET THYNNI APVD MATRONEM

Δρακοντιάδης M 75
Θαλαμηιάδης M 53

D NOMEN ASINI IN FR. INC. IX

Ὀγκητής inc. IX 23

III INDEX GEOGRAPHICVS

IIII INDEX RERVM

V INDEX VOCABVLORVM MEMORABILIVM

(Vocabula novata asterisco significavi)

ERRATVM

Matronis fr. VI v. 5 (p. 93) lege *ποιητάων* pro *πονητάων*.

TABVLA ARGVMENTI

CORRIGENDA ET ADDENDA

IN FASCICVLO ALTERO

Lubenter hac occasione oblata utor ut pauca quae interim aliis mihive visa sunt in altero fasciculo huius corpusculi minus recte administrata sive praetermissa componam adiciamque quae nova accessere.

p. 6 v. 2 post *σιλλαίνειν* addere potui *κατασιλλαίνειν*, ibidemque adn. 2 huius verbi testem proferre Hippocratem p. 27, 41.

p. 6 v. 4 'Cercopum' lege pro 'Cecropum'.

p. 8 adn. 7 '*Doxogr.*' lege pro '*Paradoxogr.*'.

p. 13 adn. 1 adde: 'vel ad annos 225—223 Cleanthis mortem detrudere voluit Unger *Sitzungsb. d. Münch. Ak.* 1887 p. 104 argumentis sane usus nequaquam ad persuadendum idoneis'.

p. 13 adn. 2 adde: 'hac ex parte Koepkii computationem Susemihl *anal. Alex. chronol.* ind. lect. Gryph. hib. 1885/86 p. XI comprobavit, cum Couatus libri multis nominibus laudabilis *la poesie Alexandrine* (1882) p. 46 cum Roepero errare maluerit'.

p. 17 adn. 1 post *σχολάσαι* adde: '(*συσχολάσαι* recte opinor coniecit Susemihl l. s. p. XI adn. 47 coll. p. XII adn. 59)' et in fine adde: 'de Arati cum Timone commercio egit nuperrime Susemihl l. s. p. V adn. 6 et p. XIII adn. 62'.

p. 18 adn. 3 fin. adde: 'vide nunc Susemihlium l. s. p. V adn. 6'.

p. 19 med. quae de verbis Laertii *φιλογράμματος* (*ἦν Τίμων*) *καὶ τοῖς ποιηταῖς μύθους γράψαι ἱκανὸς κτλ.* disputavi non probavit Hillerus *Deutsch. Litt.-Zeit.* 1886 p. 472, cui videntur nihil illa significare nisi Timonem tragoedias suas poetis Alexandrinis Homero Alexandroque tradidisse.

p. 20 v. 22 sq. coniectura a me de librorum Timoneorum ordine prolata non magis placuit eidem p. 473; *σίλλους* enim ex altero fonte additos esse; quod tamen mihi non persuasit. ea enim quae ex altero illo fonte adiecta sunt prae se ferunt pinacographicam speciem, quae ipsa in verbis *σίλλους καὶ κιναίδους* deest.

p. 21 adn. 1 fin. adde: 'cf. praeterea Herodot. V 113'.

p. 21 adn. 2 fin. adde: '= *kleine philol. Schr.* II p. 283, προσέχων δέλτοις idem anth. lyr. [2] p. VIII'.

p. 23 adn. 1 fin. adde: 'Natorpio adsentitur etiam Hartius, *zur Seelen- u. Erkenntnisslehre Demokrits* (1886) p. 12'.

p. 25 v. 2 adde: 'similes fortasse fuere Varronis *Pseudotragoediae:* cf. Ribbeck, hist. poes. Rom. I p. 265'.

p. 32 v. 4 post 'spec. VI p. 8' adde: '= *kl. philol. Schr.* II p. 100'.

p. 33 v. 11 'statutum' lege pro 'sentitum'.

p. 32 adn. 2 v. 8 post 'Nietzschius l. s. p. 5' adde: 'et Freudenthalius *Hellenist. Stud.* p. 304'.

p. 40 fin. cum de descensus ad inferos forma saepe in litteris Graecis usurpata disputarem, debui laudare enarrationem doctissimam Rohdii *griech. Roman* p. 261, cui praeter alia addi etiam potuit Ennii Epicharmus: nec memoratu indignum fuit Timoni parodo aliqua ex parte iam praeiisse Platonem, quippe qui Protagorae p. 315 *B C* in describendis sophistis νεκυίας versibus notissimis usus sit.

p. 49 v. 14 'φιλοσόφει' lege pro 'φιλοσοφεῖ'.

p. 55 adn. 1 ante 'alii' adde 'Brandis, *Gesch. d. gr.-röm. Philos.* I p. 357 adn. o; Freudenthal, *über die Theologie des Xenophanes* (1886) p. 34 adn. 4'.

p. 57 sq. alteram illam verborum ἐν ἔπεσι apud Laertium IX 18 interpretationem, quam reieci propter nimiam membrorum discrepantiam, nihilo setius nuper amplexi sunt et Hillerus l. s. p. 473 ratus verba ἰάμβους καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου ex alio fonte addita esse et Dilesius libri miscellanei in Zelleri honorem 1886 conscripti *(Philosoph. Aufs.)* p. 253 adn. 1 verbis ἐν ἔπεσι ad carmen περὶ φύσεως relatis, ἰάμβους κτλ. ad sillos. quibus num assentiendum sit etiam nunc dubito; tamen neque epica illa duo Κολοφῶντος κτίσις et ὁ εἰς Ἐλέαν ἀποικισμός poemata afferre debui, quippe quae demum a Lobone excogitata sint (cf. mus. Rhen. XXXIII p. 529) et ἐν ἔπεσι recte se habere concedo, cum Xenophanes non carmen epicum (ἔπη) scripserit, sed solum versu hexametro (ἐν ἔπεσι) carmen didacticum. Utut est certum sillorum testimonium exhibetur his verbis.

p. 59 v. 17 post 'carmini' intercidit 'cum'.

p. 60 v. 30 Epimenidis θεογονίαν (recens scilicet carmen: cf. mus. Rhen. XXXIII p. 525) a Xenophane petitam esse praefracte negavit Hillerus l. s. p. 474; praeterea ne potuisse quidem in hexametris Epimenidis nomen afferri. quibus optime re-

sponsum est nuperrime ab Ottone Kernio, De Orphei Epimenidis Pherecydis theogoniis p. 81.

p. 61 v. 20 post 'Havniensis' adde 'δ' σιλλάβῳ (ῳ in ras.) cod. Vindobonensis n. 294, quode rettulit Ludwichius *Aristarch's hom. Textkritik* II p. 685'.

p. 61 adn. 1 v. 5 adde: 'ultimum sane locum recte ad Xenophanis sillos relatum esse consensit Dümmlerus, qui Mus. Rhen. XLII p. 140 novum adiciebat fragmentum ex Athenaeo IV p. 174f petitum, ubi Ξενοφάνης pro Ξενοφῶν scripsit'.

p. 62 adn. 3 post 'III (1846) p. 117' adde '= *kl. philol. Schr.* II p. 549'.

p. 63 de Margitae metro nuper egit Usener libelli praeclari cui inscripsit *Altgriechischer Versbau* p. 113 his verbis: 'Hier war die kürzere iambische Reihe freilich nicht mit der regelmässigen Wiederkehr strophischen Baus sondern zwanglos eingemischt, um einem durch eine beliebige Zahl von Hexametern durchgeführten Gedanken äusserlich fühlbaren Abschluss zu geben. Den Eindruck, den diese Trimeter machten, vermögen wir uns nicht sicher vorzustellen; aber begreiflich wäre es, wenn sie sich zu der Würde der vorangegangenen Hexameter in komischen Contrast setzten.' quod ut Eiresionae exemplo notissimo comprobatur, ita plane non quadrat ad Xenophanis hexametri iambicique trimetri mixtionem quam admittere voluerunt.

ibid. v. 13 post 'Victorinus' adde '(i. e. Aelius Festus Aphthonius de re metrica, qui probabiliter ex Varrone hausit: cf. Gerh. Schultz, *quibus auctoribus Ael. Fest. Aphthonius usus sit.* Vratisl. 1885)'.

ibid. v. 15 post '*copulavit*' adde 'et Hephaestio de poem. 3 p. 66 Westph. τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ Μαργίτης Ὁμήρου· οὐ γὰρ τεταγμένῳ ἀριθμῷ ἐπῶν τὸ ἰαμβικὸν ἐπιφέρεται, quae inepte amplificat Tzetzes schol. p. 218'.

p. 66 de toto cynicorum σπουδογελοίῳ scribendi genere accurate nunc multa exposuit Ernestus Weber in commentatione 'de Dione Chrysostomo Cynicorum imitatore' studiorum Lipsiensium volumini X inserta.

p. 69 v. 13 in Diogenis apophthegmate post μεταφρένῳ adde: '(ubi corrigas μετισχίῳ e gnomologio Vaticano n. 224: cf. Sternbach in *Commentationibus Ribbeckianis* p. 358)'.

p. 71 adn. 1 adde Nauckii copiosam disputationem *Mélang. Gr.-Rom.* II p. 734—738.

p. 72 v. 3 post 'L. D. VI 3' adde '(idem tamen dictum Isocrati tribuit Theo prog. 5 p. 100, 14 sq. Sp.)'.

p. 76 v. 2 sq. scribas: 'nunc exposuerunt Wilamowitzius et E. Weberus l. s. p. 162 sq., colloquium bellissimum et concitatum, quod inter homines et τὰ Πράγματα velut Πενίαν, Φυγήν, Γῆρας alia fingitur habitum, quo demonstratur plane non habere illos cur Paupertatem reliqua vituperent, apophthegmatis etc.'.

p. 77 fin. etiam Homerum a Bione lacessitum esse nuperrime statuit Weberus l. s. p. 181 adn.

p. 78 adn. 1 adde: 'denique de eo egit Wildenow, *de Menippo Cynico* Hal. 1881'.

p. 80 adn. 1 adde: 'ceterum cf. coniecturam de hoc loco nuper prolatam a Knaackio (Herm. XVIII p. 149)'.

p. 80 adn. 2 adde in fine: 'in Icaromenippo vero Menippeam indolem eo conspicuam esse, quod versibus interiectis narratio ipsa continuetur, recte observavit Brunsius Mus. Rhen. XLIII p. 192, ubi quid omnino ex Menippo in hoc dialogo haustum sit accuratius explanare studuit'.

p. 82 adn. 1 plane aliter de his Menippi scriptis statuit Usenerus *Epicurea* p. LXIX, cuius verba sat digna sunt quae accuratius perpendantur; sunt vero haec: 'mutila tabula (scriptorum Menippi apud Laertium VI 101), fortasse etiam hiatu deformata ante πρὸς τοὺς, quo potuit et aliorum librorum memoria et ἔγραψε δὲ καὶ intercidere: hoc enim verbo carere nequeunt accusativi γονὰς et εἰκάδας, nisi neglegentia librariorum factum esse statuerimus ut ad πρὸς praepositionem hi tituli olim primo casu positi pessime referrentur. duabus igitur saturis Menippus Epicureos sale nigro perfricuit. et ea quidem, cui Γοναὶ Ἐπικούρου nomen erat, atomorum doctrinam mordacissime perstrinxit: profectus a Neoclis fratris dicto fr. 178 quod Epicurum non puduerat memoriae mandare de atomis quo modo in Chaerestratae matris utero coaluissent ut homo omnium sapientissimus formaretur, philosophatus est: cuius disputationis saltem umbram quandam Dionysius Eusebii pr. ev. XIV 26, 2 sq. p. 779 a servare videtur. alterius saturae argumentum erant feriae sollemnes Epicureorum Εἰκάδες nullo non mense celebratae et ab Epicuro ipso institutae'. quae sagaciter excogitata esse, mehercle non nego, vereor ut recte: manet saltem ut alia mittam scrupulus gravissimus qui idem me movit (neque vero verbi γονάς numerus pluralis quode Usenerus cogitavit l. s. adn. 1), ut Ἐπικούρου γονάς interpretarer *Epi-*

cureos. latuit enim me olim et nunc latet, quo referendus sit genetivus αὐτῶν in verbis θρησκευομένας ὑπ' αὐτῶν Εἰκάδας nisi ad Ἐπικούρου γονάς. quodsi Useneri interpretationem tenere volueris, ipse tamen noles verba ὑπ' αὐτῶν ad γονάς relata interpretari 'earum causa', quod ut per se aegre fieri potest, ita supervacaneum prorsus erit additamentum. ceterum in Useneri partes nuperrime abiit Birtius qui libelli nitidissimi *Zwei polit. Satiren des alten Rom* p. 126 non male contulit comicorum titulos Ἀθηνᾶς γοναί, Ἀφροδίτης γοναί, Μουσῶν γοναί alios.

p. 84 adn. 6 fin. adde: 'videtur vero hic libellus similiter fuisse comparatus atque Asellii Sabini dialogus, "in quo boleti et ficedulae et ostreae et turdi certamen induxerat" (Sueton. Tib. 42); talia certe in dialogi formam redacta certamina a Cynicorum consuetudine non abhorruisse demonstratur reliquiis συγκρίσεως Πλούτου καὶ Ἀρετῆς apud Stobaeum Flor. XCI 33 et XCIII 31 servatis, de quarum indole cynica dubitari non poterit, quamquam scriptoris nomen ignoramus'.

p. 85 fin. adde: 'accedit fortasse quartus Oenomaus Gadarenus, quode dixit Rohde *Gr. Roman* p. 249 et singulari dissertatione nuperrime egit Saarmann (*de Oenomao Gad.* Tubing. 1887)'.

p. 90 COMM. v. 4 'unico quo tradita est loco' lege pro 'unicum quo tradita est locum'.

p. 90 v. 25 adde: 'similiter epigr. 911 Kaibelianae collectionis μύθων ταμίης audit Plutarchus Nestorii filius (Procli praeceptor) qui epigr. 910 dicitur βασιλεὺς λόγων'.

p. 94 v. 2 adde: 'nonnulla exempla nunc congessit Saarmann l. s. p. 18, quibus γόης adiectivi partibus fungatur, ita tamen omnia comparata ut sive ἄνθρωπος sive ἀνήρ accedat'.

p. 95 fr. IIII, 1 τῆς πολυδόξου coniecit Rohde (per litteras) haec verba ad φαντασίης referens.

p. 96 v. 15 adde: 'de vocabulo ἀπάτη apud Parmenidem obvio cf. Bergk ind. schol. Hal. hib. 1867/68 p. VIII (= *kl. philol. Schr.* II p. 77)'.

p. 99 v. 18 adde: 'tertiam vero (minus tamen recte me iudice) vocabulo inferre voluit potestatem Freudenthalius *über die Theologie des Xenophanes* p. 34 adn. 3 his verbis: «aus demselben Grunde [weil er ohne feste Haltung war] nennt Timon auch Zenon den Eleaten ἀμφοτερόγλ.; denn dieser zweifelt an der Wirklichkeit der erscheinenden Dinge, hat aber doch

Parmenides' Alleinheitslehre nicht angetastet, ist also dem Pyrrhoneer ein Skeptiker und Dogmatiker zugleich»'.

p. 101 fr. VII, 2 pro ἰσογράφος coni. Ludwich *philol. Wochenschr.* 1885 p. 1638 non male ἰσότροφος.

p. 103 fr. VII COMM. in fine adde: 'ceterum non recte Heitzius, hist. litt. Gr. Müller. contin. II 2 p. 163 adn. 1 formam Ἑκάδημος a Timone inventam statuit his verbis: «.. in der Benennung Ἑκάδημος, wie sie .. von Timon gebraucht erscheint, ist die boshafte Absicht unverkennbar»; immo antiquior fuit haec forma, ut Eupolis apud Laert. Diog. III 9 dixit Ἑκαδήμου (sic enim in Burbonico F legitur) et secundum scholiastam Aristophanes Nub. 1005: cf. Schwedler stud. Lips. X p. 202 sq.'

p. 105 v. 20 post 'panarium commemorari' adde 'praesertim cum de Zenone referat Laert. Diog. VII 13 ἤσθιε δ' ἀρτίδια καὶ μέλι'.

p. 106 v. 19 adde Ribbeckium stud. Lips. IX p. 338.

ibid. fr. VIIII, 4 lege 'σοφιστῶν' pro 'σοφισταί'.

p. 107 v. 6 et 17 lege 'σοφιστῶν' pro 'σοφισταί'.

ibid. app. crit. v. 4 adde: 'ὑποτρομέουσι coni. Nauck (per litteras) coll. Hom. *X* 240'.

p. 118 app. crit. fr. XVIII adde: 'παίγνια νωλεμέως coni. Hiller l. s. p. 474'.

p. 121 sq. fr. XXII, 1 pro ὄφρα coni. Wakefield silv. crit. V p. 150 ὅς ῥα.

ibid. fr. XXII, 2 pro βροτοὶ ἀστῶν idem coni. βροτοὶ ἄλλων (quod coll. Homerico ὠκυμορώτατος ἄλλων sim. probo), minus bene Ludwichius l. s. p. 1638 βροτοὶ ἦσαν.

p. 131 testimoniis adde: 'Psellus μεσαιων. βιβλιοθήκη V p. 476 (ex schol. Plat.?) τιμαιογραφῶν κατὰ τὸν σιλλογράφον'.

p. 133 fr. XXVII ne dubitanter quidem Timoneis addere licuit; aliud enim egi, cum scripsi hunc versum Cynulcum usurpasse cynicum, Timonis admiratorem; usurpavit Ulpianus, itaque omne cadit coniecturae fundamentum.

p. 134 fr. XXVIII optime Zellerus (per litteras) et Ludwichius l. s. p. 1639 pro λόγον coniecerunt ὄγκον adhibito Soph. Ai. 129 (coll. Lobeckio ad h. l. et Passovio, *Musäos* p. 195); ibid. ὀφρυούμενος scribi voluit Ludwichius etiam apud Hesychium correcto κατοφρυούμενος

p. 136 testimoniis adde: 'Suidas v. Σαλούστιος· κατὰ τὸν Ἡράκλειτον ὀχλολοίδορος'.

p. 141 v. 8 adde: 'Rohdio vero Platonem tangi placuit, quippe qui non Ἀριστοκλῆς, sed mutato nomine Πλάτων audire

voluerit; ceterum idem Timoni sola haec tribuit verba: ὃ ἐκ γενετῆς σε | ἡ μήτηρ κέκληκεν'.

p. 144 fr. XXXIIII COMM. v. 3 post 'observatum esse' adde 'post Bergkium l. i. s. et Mullachium'.

p. 145 v. 13 adde: 'Bergkius ind. schol. Hal. hib. 1868/69 p. IX (= *kl. philol. Schr.* II p. 276) voluit eandem sententiam atque Timoneo inesse Epicharmi versui; multis nuper de hoc Epicharmeo egit Hillerus ann. philol. 1887 p. 202 sq., qui quae contra me disputavit non assequor. improbabiliter vero Kaibelius Herm. XXII p. 513 hoc versu Platonicam (Cratyl. p. 406 C) vocabuli οἶνος etymologiam irrideri statuit'.

p. 149 app. crit. v. 3 adde: 'cf. etiam Bergk *emend. Parmen.* p. VIII (= op. II p. 78); nuperrime Kaibelius Herm. XXII p. 512 supplevit ἀσκηθῆ ⟨παθέων⟩'.

p. 152 app. crit. v. 2 adde: 'ὄπις γέ⟨νε⟩τ' mavult Hiller p. 474'.

p. 156 v. 18 adde: 'ad v. λειτῇ cf. λιτὴ δίαιτα, σιτία λιτά, τροφὴ λιτοτάτη similia quae congessit Wyttenbach Animadv. in Iuliani orat. I p. 42 ed. Schaef. et Hasper ann. phil. 1886 p. 272'.

p. 159 v. 5 adde: 'neque vero recte Freudenthal *über die Theologie des Xenophanes* (1886) p. 34 ita disserit: «Xenophanes ist ein ἀμφοτερόβλεπτος: was nicht activisch genommen zu werden braucht (= 'ein nach zwei Seiten Blickender'), sondern 'einen auf zwei Seiten Erblickten', einen Mann ohne feste Stellung bezeichnet»; optat enim hoc loco Xenophanes ut sibi certa contingant, non se vituperat'.

p. 161 app. crit. v. 2 adde: 'Διωνύσοιο ἀριθμοπότας coni. Rzach *Studien zur Technik des nachhom. hero. Verses* (Vindob. 1880) p. 854'.

p. 162 app. crit. v. 2 post 'spec. VI p. 7' adde: '= *kl. philol. Schr.* II p. 299'.

p. 165 v. 16 post 'narrant' adde: 'neque vero audiendus est Sittelius qui hist. litt. Gr. II p. 17 adn. 7 plane me fugit qua ratione hanc interpretationem sibi excogitaverit: «Timon sprach als frommen Wunsch aus, man hätte die Schriften des Pythagoras verbrennen sollen ⟨ἔθελον δὲ κτλ.⟩»'.

p. 169 v. 29 adde: 'aliter ἐπαοιδός explicavit Bureschius noster stud. Lips. IX p. 123 collatis locis quibusdam Platonicis (Phaed. p. 77 E, 114 D), quibus ἐπῳδός et ἐπῳδή verbis consolandi notio inest. vix tamen recte hoc loco, quo generaliter Socratem describit poeta, adhibetur plane singularis illa notio

a Platone cum de pellendo mortis metu sermo esset ingeniose adscita'.

p. 171 app. crit. v. 1 adde: 'ἐϑέλοντα λεαίνει coni. Rohde (per litteras)'.

p. 175 fr. LIIII COMM. in. adde: 'de Aristippo, qui vel Byzantino illo epistolagrapho (apud Cramer. An. Gr. III p. 168, 3) audit ὁ τρυφηλότατος τῶν φιλοσόφων, memorabiles sunt versus Alexidis (fr. 36 Kock.) *Κυρηναῖος ἦν ἐνταῦϑά τις | ὥς φασ' Ἀρίστιππος, σοφιστὴς εὐφυής, | μᾶλλον δὲ πρωτεύων ἁπάντων τῶν τότε | ἀκολαστίᾳ τε τῶν γεγονότων διαφέρων*'.

p. 178 fr. LVI COMM. in fine adde: 'ceterum conferas Useneri Epicurea p. 279 fr. 409 cum adnotatione'.

ibid. fr. LVII pro λακεδόνων cum Dilesio rescribas ληκεδόνων.

p. 183 v. 29 adde: 'minus vero recte me iudice Belochius *Bevölkerung der gr.-röm. Welt* p. 225 epitheton πολυφύλῳ referre voluit ad incolarum frequentiam (coll. Diod. XXXIII 28 a, 2 al.)'.

ibid. in fine adde: 'Nuperrime Gerckius Mus. Rhen. XLII p. 613 his versibus non ad philosophos, sed ad Callimacheos grammaticos relatis statuit poenas iniuriarum Callimachum ipsum a sillographo mortuo repetiisse epigrammate quarto Schneiderianae (Anth. Pal. VII 318) composito hoc *Τίμων, οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσί, τί τοι φάος ἢ σκότος ἐχϑρόν; | «τὸ σκότος· ὑμέων γὰρ πλείονες εἰν Ἀΐδῃ»*. sed omnia quae inde profectus de rixis inter Callimachum et Timonem exortis et de Callimachi aetate sibi excogitavit necessario concidunt, cum illo epigrammate non sillographus sed procul dubio pariter atque notissimo Callimachi epigrammate tertio Schneiderianae (quod apud Plut. Anton. 70 τὸ περιφερόμενον Καλλιμάχειον audit, male vero cum Hegesippi epigrammate conglutinatum est in Anth. Pal. VII 320) et ceteris omnibus qui eodem loco in Anthologia leguntur epigrammatis (313—320) ὁ μισάνϑρωπος Timon exagitatus sit'.

p. 191 fr. IV COMM. in fine adde: 'obiectum quod desit Friedelius, de philos. Gr. stud. Hom. p. 20 in sequenti versu positum fuisse coniecit; in antecedenti potius supplenda fere esse haec sumpsit Hillerus l. s. p. 475: «die Fabeln von Odysseus' Abenteuern kann Jedermann ἐξ ἀρχῆς καϑ' Ὅμηρον berichten, ἐπεὶ μεμαϑήκασι πάντες; aber um Tugend und Weisheit kümmern sich die Wenigsten»'.

p. 197 app. crit. v. 2 adde: 'περίρρυτος· ὅρμον coni. Sitzler *Wochenschr. f. klass. Philol.* 1886 p. 1358'.

ibid. app. crit. v. 4 scribe: '*πόρνης* libri, quod nunc defendo, cum *πόρνης* pariter usurpatum sit atque *πόρνος* (cf. Epicurus fr. 236 p. 175, 18 Usen. ap. Laert. Diog. X 8 *αὐτὸς* ⟨*Ναυσιφάνη*⟩ *ἐκάλει ἀπατεῶνα καὶ πόρνην* et Xenoph. Ephes. II 1 p. 347 Herch. ubi Habrocomes queritur: *τίς ἐμοὶ βίος περιλείπεται πόρνῃ μὲν ἀντὶ ἀνδρὸς γενομένῳ*); Ludwichius l. s. p. 1639 *πόρνης* genetivum esse voluit pendentem a v. *λίχνος* (ut dixit Menander ap. Stob. Flor. LXXIV 27a, p. 56, 14 *τὸ δ' ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον*)'.

p. 199 fr. V comm. in fine adde: 'De his et fr. VI ex parte aliter nunc iudicat Hillerus Fleckeiseni ann. 1886 p. 249 sq., cui obloquitur Sitzlerus l. s., qui ipse novam hanc proponit rationem ut legamus apud Clementem l. s. *πρὸς δ' ἔτι* (sc. *φησί*) «*συνέμποροί εἰσι φιλύβρι*» haec verba ad fragmentum elegiacum spectare ratus et interpretatus: *τρυφαί* vel *ἡδοναί* sunt *συνέμποροι* homini *φιλύβρι*'.

p. 199 fr. VI scribas cum Theodoreto *ἄκαμπτοι*, recte enim nunc Hillerus l. s. p. 251 refutavit *ἄκναπτοι* Clementis.

p. 201 comm. v. 10 sq. dele: 'et aliqua ex parte' usque ad 'ed. Bulliald.'.

C. Wachsmuth.